

CXLI.

V. László király Csík-Szentmártoni Becz Jakabnak, es általa atyja testvérének Csík-Szentgyörgyi Becz Bálintnak és fiainak, Barabásnak és Péternek, s rokonainak Árokpataki Simonnak, Szentsimoni Tamásnak és Máténak, néhai Galambfalvi István fiának Antalnak, néhai Galambfalvi György fiainak, Andrásnak, Péternek és Gergelynek, s végre Csík-Szenttamási Szilveszternek és fiának Lázárnak nemesi czimert adományoz. Kelt Budán 1456. martius. 30-án.

Wladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, Austrieque et Styrie Dux, necnon Marchio Moraue etc. Tibi fideli nostro Jacobo Becz, de Chijkijzenthmarthon, Salutem, graciamque nostram Regiam, et fauorem, A claro lumine Regie maiestatis troni, velud e sole, Radij, Nobilitates, legitimo Jure procedunt, et omnia Nobilitatis insignia, a Regia claritate dependent, Ita ut omne Nobile generositatis insigne, a gremio proueniat Regie maiestatis. Sane, tum ad nonnullorum fidelium nostrorum humilime supplicationis instanciam, per eos, pro tui parte, nostre porrecte maiestati, tum etiam, consideratis fidelitatibus, et fidelium seruiciorum tuorum meritis, quibus tu, vti didicimus, iuxta tue possibilitatis exigenciam, nobis, et Sacre Corone, dicti Regni nostri Hungarie, sub locorum et temporum diuersitate, cum omni fidelitatis constancia studuisti, eoque feruencius, et diligencius, imposterum studebis conplacere, quo te, et tuos, singularibus honoribus, et gracijs, a nostra celsitudine conspexeris insignitos, Tibi, et per te, Valentino Becz de **Chijkijzenthgewrgh**, patruo tuo, ac Barnabe, et petro, filijs eiusdem Valentini, Item Simoni de **Arokpathak**, ac Thome, et Matheo, de **Zenthsimon**, necnon Anthonio, filio condam Stephani, ac Andree, Petro, et Gregorio, filijs condam Georgij, de **Galambfalwa**, Preterea Siluestro de **Chijkijzenthamas** ¹⁾ et Lazaro filio eiusdem Siluestri, affinis ²⁾ tuis, vestrisque heredibus et posteritatibus vniuersis, hec arma, seu Nobilitatis insignia, videlicet Clipeum, cuius campus, partim, a parte scilicet inferiori, est rubeus,

¹⁾ **Szent-György, Szent-Simon** és **Szent-Tamás** Csík széki, **Galambfalva** Udvarhely széki falu; **Árokpaták** pedig a mai **Árapatak** Felső-Fejér vármegyében.

²⁾ Így írva **affinibus** helyett.

partim vero, a parte vtputa superiori est flauus, seu celestinus, cum forma armorum, videlicet Stella aurea in inferiori, ac duo capita leonum, penes sese, unum telum, seu sagittam, in ore pariter tenencia, in superiori, partibus eiusdem Clipei, Super ipso quoquo Clipeo depicta est Galea, eum Czottis flauae, seu celestini, et fului, seu aurei, colorum, ad Similitudinem Jubarum, quasi vento agitatarum, hinc atque hinc, ex eadem dependentibus, In summitate eiusdem Galee, pro Crista presignate, seu figurate sunt, tres penne strucionis, quarum media aurei, et relique due flauae, colorum, Prout, et quemadmodum, ipsa arma, seu Nobilitatis insignia, in principio, seu capite, presencium litterarum nostrarum, suis apparatus coloribus, arte pictoria figurata sunt, et distinctim expressata, animo deliberato, et ex certa nostre maiestatis sciencia, dedimus, et contulimus, ijmmo exhabundanciori plenitudine nostre specialis graciae, concedimus, et presentibus elargimur, vt vos, vestrique heredes, et posteritates vniuerse, pretacta arma, seu Nobilitatis insignia, more aliorum Nobilium, armis vtencium, a modo (imposterum in) prelijs, hastiludijs, duellis, torneamentis, ac alijs omnibus exercicijs Nobilibus et Militaribus, necnon Sigillis, Anulis, Velis, Cortinis, et gene(raliter in quarum)libet rerum ac expeditionum generibus, sub mere et sincere Nobilitatis titulo, quali vos, ab vniuersis, et singulis cuiuscumque condicionis, preeminencie, status vel dignitatis existant, insignitos dici ac veros Nobiles nominari et teneri volumus, ac etiam reputari, gestare, omnibusque et singulis graciae, honoribus, et libertati(bus, quibus) ceteri Proceres, Nobiles, militesque, ac clientes Regni nostri, armis vtentes quomodolibet consuetudine, vel de Iure freti sunt, et gauisi, frui, et gaudere possitis, atque valeatis, de talisque (singular)is et specialis nostre graciae antidoto merito exultetis, ac tanto ampliori studio ad honorem Regie maiestatis, vestra inantea solidetur intencio, quanto Vos, largiori fauore Regio premunitos conspiciatis, et munere graciaram. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam, presentes Litteras nostras, Secreto Sigillo nostro, quo vt Rex Hungariae vtimur in pendentibus communitas duximus concedendas. Datum Bude, focin tertia proxima, post festum Pasce domini, Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo, quinquagesimo sexto, Regnorum nostrorum, Anno Hungariae etc. Sextodecimo, Bohemiae vero tercio.

Eredetije, mely itt ott elrongyolott, az erd. Muzeum kéziratárában (Szent-Léleki Kozma Gábor adományából). — Kék és sárga sinóron függő pecsétje töredezett.

CXLIII.

V. László megparancsolja a székely ispánoknak és alispánjaiknak, hogy Szent-Mihály, Nagyfalú, Türkös és Bácsfalú dézmáit, melyeket a Sz. Mihályfalván Szt. Mihály tiszteletére épített megyés egyháztól elfoglaltak és törcsvári várnagyaik használnak, ezentul ne bántásák, hanem az említett egyház részére szolgáltatassák ki. Kelt Budán 1456 május 6-án.

Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie Rex etc. Austrieque et Styrie dux, necnon Marchio Moraue etc. Fidelibus nostris **Magnificis Comitibus Siculorum, vel eorum Vice Comitibus**, presentibus et futuris, presencium noticiam habituris Salutem et gratiam. Exponit nobis fidelis noster Reuerendissimus in Christo pater dominus Dyonisius Cardinalis Archi Episcopus Strygoniensis, Supremus Cancellarius noster, quod licet alias, villas **Zent Mihali** ¹⁾ **Nagyfalw** ²⁾, **Turkester** ³⁾ et **Bachfalw** ⁴⁾ quidam Valachi schismatici inhabitassent, tamen postea pulsus eisdem Valachis ipse ville ad manus Christianorum deuenissent, qui quidem Christiani decimas suas prediales parochiali ecclesie Sancti Michaelis in prefata possessione Zent Mihaly fundate iure soluere deberent, quas nunc decimas vos occupassetis, occupatasque **Castro nostro Thurch** ⁵⁾ vocato appropriassetis, et appropriatis Castellani vestri in dicto Castro commorantes vterentur eciam de presenti ⁶⁾,

¹⁾ **Szent-Mihály** a mai **Csernátfalú**, mely a Brassó vidéki úgy nevezett **hét falú** között II. Ulászló 1500-ki oklevelében is (**Siebenb. Quartalschrift VII. 251. l.**) Szentmihályfalva neven van említve. E nevet Sz. Mihály tiszteletére épített egyházától nyerte, melyről oklevelünk mindjárt emlékezni fog.

²⁾ **Nagyfalú**, a mai **Hosszúfalú** Brassó vidékén.

³⁾ A mai **Türkös** Brassó vidékén.

⁴⁾ **Bácsfalú** ugyanott.

⁵⁾ **Törcs** vára, melyhez tartozott az úgy nevezett **hétfalú**, valamint Krizba és Apácza, akkor Fejér vármegyében, most Brassó vidékén.

⁶⁾ Kitészik e szavakból, hogy Törcs vára és a hozzá tartozó királyi uradalom, mely e korban Brassó városától és a Barczaságtól teljesen független külön területet képezett, a székely ispánok hatósága alatt állott.

in preiudicium ipsius ecclesie parochialis, ac damnum. Et quia decime iure diuino non secularibus sed ecclesiasticis dari debent, ideo fidelitati vestre et cuilibet vestrum firmiter precipientes mandamus, quatenus receptis presentibus, rebusque sic stantibus, a modo deinceps de huiusmodi decimis, ad ipsam parochialem ecclesiam ZentMihali vt dicitur spectantibus. vos nequaquam intromittatis, sed ipsas plane et integre prefate ecclesie administrari faciatis. Secus facere non ausuri in premissis. Presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Bude in festo Ascensionis domini Anno eiusdem Millesimo Quadringsimo Quinquagesimo Sexto, Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie decimosexto, Bohemie vero tercio.

Egy mult századi másolat után közölte Benkő, Milkovia II. köt. 268. l., utána Katona, Hist. Crit. XIII. köt. 1051. l. s ez után Kósa, De publ. Trans. administratione 77. l.

CXLIV.

V. László király megparancsolja a kolozs-monostori conventnek, hogy Nádasí Nagy Simont új adomány czimén igtassa be a Fejér vármegyei Réten helység felébe, kivéve ha ezen helység királyi birtok, vagy királyi várhoz, vagy pedig a szászok vagy a székelyek földéhez tartozó volna. Kelt Budán 1456. oct. 16 körül.

Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, Austrieque et Stirie Dux, necnon Marchio Morauie etc. fidelibus nostris Conuentui ecclesie de Klusmonstra salutem et graciam. Cum nos pro fidelibus seruicijs fidelis nostri Simonis Magni de Nadas, nobis exhibitis et impensis, directam et equalem medietatem possessionis **Reten** ¹⁾ vocate in Comitatu Albensi parcium Transsiluanarum existentis, in cuius pacifico dominio ipse Simon a certis annis retroactis perstitisse seque persistere asserit eciam de presenti, totum et omne ius nostrum regium, si quod in

¹⁾ **Réten** ma Alsó-Fejér vármegye egyik darabja, melyet egészen Nagy-Sink és Segesvár szék területe vesz körül.

eadem medietate possessionis qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibusuis causis, vijs, modis et racionibus concerneret maiestatem, simulcum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, premissis sic vt prefertur stantibus, et se habentibus, et **dummodo non sit possessio Regalis, aut ad Castra Regia aut terras Saxonum vel Siculorum non pertineat** ¹⁾, memorato Simoni, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis, noue nostre donacionis titulo, vigore aliarum litterarum nostrarum donacionalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque ipsum Simonem in dominium eiusdem et ipsius iuris nostri Regij per nostrum et vestrum homines legittime facere introduci. Ideo fidelitati vestre mandamus Datum Bude feria sexta tum beati Ambrosij Confessoris Anno domini mo quadringentesimo quinquagesimo sexto, Regnorum Hungarie etc. sexto decimo, Bohemie vero tercio.

Eredetije papiron zárt. alakban, rongált állapotban, a kolozs-monostori convent levéltárában. — Innen adta ki gr. Kemény József, Magazin für Gesch. Siebenb. von Anton Kurz. I. köt. 419 — 421. l.

CXLV.

V. László király megparancsolja Brassó városának, hogy Rozgonyi Osvát székely ispánt s az erdélyi részek kapitányát, ha a lázadó Szilágyi Mihály elől városukba menekül, fogadják be és oltalmazzák. Kelt Prágában 1457. oct. 21-én.

Ladislaus dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Rex, Austrieque et Stirie Dux, necnon Marchio Moraue etc. Circumspecti fidelis dilecti. Audiuimus qualiter Michael Zilagy re-

¹⁾ Ezen záradék is bizonyítja, hogy a király a szászok vagy székelyek földéhez tartozó birtokot nem adományozhatott. Hasonló kifejezés: „dummodo predictae possessiones non sint **terre Saxonum vel Siculorum nostrorum**, aut ad aliquod Castrum nostrum Regale vel aliquem Officiolatum parcium nostrarum Transiluanarum non pertineant” olvasható V. Lászlónak Budán 1456. apr. 24-én kelt beigtatási parancsában is, melyet a Losonczi család több tagjának a Belső-Szolnok vármegyei Somkút és Koldo (ma Kudu) falukra nézve adott, s melynek eredetije a kolozs-monostori convent levéltárában van.

bellis noster et homines sui fideli nostro Magnifico **Oswaldo de Rozgon Comiti Siculorum et Capitaneo illarum parcium nostrarum** perniciem capitis minaretur. Vnde mandamus fidelitati vniuersitatis vestre, quatenus in casu ipse Oswaldus de Rozgon ad illam ciuitatem nostram Brassouiensem, et vestri medium, vel causa refugij, vel alias veniret, eundem in eandem Ciuitatem nostram intromittatis, et ab omnibus suis inimicis et presertim a prefato Michaele et sibi adherentibus pro posse et viribus vestris tueamini et protegatis, atque illesum conseruetis. Aliud pro nostra gracia Regia nequaquam faciatis in premissis. Datum Prage in festo vndecim Milium virginum, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Quinquagesimo septimo, Regnorum autem nostrorum Anno Hungarie etc. decimo octauo, Bohemie vero quarto.

Egykoru másolatból közlőtte Marienburg, Kleine Siebenb. Gesch. 212. 213. l.

CLXVI.

Rozgonyi Osvát székely ispán Brassó városát, a Szilágyi Mihály fölkelése ellenében tanusított hű szolgálataiért, V. László király kegyébe ajánlja. Kelt Brassóban 1457. dec. 9-én.

Serenissimo Principi et Domino Domino Ladislao dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc. Regi, Austrieque et Stirie Duci, necnon Marchioni Morauie etc. Ego **Oswaldus de Rozgon**, Vestre Serenitatis fidelis, **Comes Siculorum**. Post seruicia mea indefessa Serenitati Vestre notum facio, quia hec ciuitas Brassouia Vestre Serenitatis semper penes mandatum Vestre Serenitatis mihi prona affuit contra inimicos Serenitatis Vestre, tam in obsidione Castri Diod et Bistriciensis, quam et in presenti exercituali congregacione facta contra Michaellem Zylagi de Horogzeg, deuastatorem et depredatorem fidelium Vestre Serenitatis, Quare condignum, vt Vestra Regia Serenitas ipsis sit graciosa, dumtaxat assistenciam eorum non pro commodo meo, sed pro Serenitatis Vestre commodo fidelissimo fuit prosecuta. Datum Brassouie feria sexta proxima

post festum conceptionis Sancte Marie virginis Anno domini Mille-
simo Quadringentesimo Quinquagesimo septimo.

Az eredetiből, bizonyosan Brassó város levéltárából, közlötté Marien-
burg, Kleine siebenb. Gesch. 213. 214. l. — Nevezetes ezen levélben.
hogy Rozgonyi Osvát székely ispán 1457. dec. 9-én Brassóban még nem
tudta, hogy V. László király Prágában azon év nov. 23-án már meghalt.

CXLVII.

Rozgonyi Osvát székely ispán. 1458. maj. 6-án.

Ego **Osualdus de Rozgon Comes Siculorum** premissis perso-
naliter interfui, et omnia premissa vidi et audiui, et sigillum meum
appendi manu propria.

Podiebrád György elválasztott cseh király Prágában 1458. máj. 6-án
kelt hitlevelének záradékában. E hitlevelet, melyben Podiebrád a római
szent szék iránt hűséget fogad, egész terjedelmében közli Kaprinai, Hun-
garia Diplom. II. köt. 163—186. l.

CXLVIII.

*Rozgonyi Rajnáld előbb székely ispán, Lábatlani János és Paksi
László székely ispánok. 1459. febr. 10-én.*

..... **Rinoldus de Rozgon, pridem Comes Siculorum nostro-
rum** **Joannes de Labathlan et Ladislaus de Pakos Comites
Siculorum nostrorum**

Említve vannak Mátyás királynak Budán 1459. febr. 10. kelt levelé-
ben, melyet számos megnevezett hivei biztosítására adott, s melyet egészen
közöl Kaprinai, Hung. Dipl. II. köt. 245. l. és utána Katona, Hist.
Crit. XIV. köt. 192—196. l. — Rozgonyi Rajnáldról tévedve állítja Nagy
Iván, Magyarosz. családai IX. köt. 786. l. hogy „1459-ben már a
székelyek ispánja”: mert ő már ekkor ezt a hivatalt nem viselte, mi bizo-

nyos abból, hogy abban az oklevélben, melyre Nagy Iván mint forrásra hivatkozik (Kaprinainál e. h. II. köt. 350. l.), Rozgonyi Rajnáld és Osvát kir. lovászmestereknek vannak czimezve.

CXLIX.

Paksi László és Lábatlani János székely ispánok. 1459. febr. 19

.... **Ladislaus de Pakus et Johannes de Labathlan Comites Siculorum ...**

Az ország főrendei által Garai László özvegye és gyermekei részére kiállított biztosító levélben, melyet a budai kamarai levéltárban lévő eredetiből egész terjedelmében közöl gr. Teleki József, Hunyadiak kora X. köt. 616—618. l.

CL.

Vingárti Geréb János erdélyi főkapitány megparancsolja Udvarhely szék kapitányának, székbirójának és véneinek, hogy a Pálfalva és Váraljafalu között folyó perezket, az ő emberei Nyujtódi János és Galambfalvi András jelen létében, a hely színén végképpen fejezzék be. Kelt Vingárton 1450. junius 23-án.

Johannes Gereb de Wyngarth supremus Capitaneus Regie Maiestatis Inpartibus Transsilvanijs constitutus Agilibus viris **Capitaneus exercitus et Judici terrestrj necnon Senioribus Sedis Odwarhel** Salutem cum Honore, Noueritis quia prioribus literis nostris vobis scripseramus quod causas Inter possessiones **palfalwa et varalyafalw** ¹⁾ habitas coram vobis recipere et finem decisiuum, modo debito determinarj debuissetis, Quare iterum nomine et Inpersona Regia firmissime mandantes committimus quatenus, statim visis presentibus, ad facies dictarum possessionum accedatis, cum hominibus nostris videlicet Johanne de Nuijthod et Andrea de Galambfalwa, inibique Justiciam ambarum parcium reuidendo, Judicarj diffinire

¹⁾ Váraljafalu a mai **Firtos-Váralja** Udvarhely széken, **Pálfalva** tőszomszédságában.

et fine debito determinarij modis omnibus debeatis et teneamini, ne decetero Racione preuia coram nobis veniant querularj, Auctoritate nostra presentibus In hac parte vobis attributa et Justicia mediantes, volumus eciam, quod perpetuum silentium inter ipsos inponatis. Et quitquid, diffinietis vestris In litteris nobis rescribatis Et secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in wyngarth feria sexta proxima ante festum Natiuitatis beatj Johannis Anno domini M-o CCCCL-o nono.

(P. H.)

Commissio propria

Eredetiye papiron, az aljára zöld viaszba nyomott pecsét csekély töredékeivel, az erd. Muzeumban (Mike Sándor gyűjteményében I. köt.)

CLI.

Nyujtódi János és Galambfalvi András jelentik Vingárti Geréb János erdélyi főkapitánynak, hogy parancsa szerint eljárván a pálfalviak és váraljafalviak között folyó perben, előttök a váraljafalviak az elébbi kapitányokkal és székbirákkal a hely színén bebizonyították, hogy a pálfalviak ez ügyben el voltak marasztva, s ha Miklós, Adorján fia, és Lőrincz, Simon fia, rokonaikkal es ügyben a pálfalviakat nem izgatnák, a két fél között egyességet tudtak volna eszközölni. Kelt Keresztúr mezővárosban 1459. junius 29-én.

Magnifice domine noster Honorande, Enodemus Vestre Magnificencie in hijs dignanter, Quomodo Agiles viri, de **Varhallafalwa** ¹⁾ videlicet Dominicus Markosij et Emericus Paulij de dicia **Varhallijafalwa** presentauerunt nobis quandam litteram Vestre Magnificencie, quamquidem litteram nos recepimus honorifice in hec verba, Johannes gereb de Vingarth supremus Capitaneus Transsiluaniensis, Agilibus viris Capitaneo et Judici terrestri necnon senioribus sedis Wdwarhel, Salutem cum honore, Noueritis quod uos prioribus litteris nostris vobis scripseramus quod causas inter possessiones Palfalwa et Varhallija inter partes aduersas coram vobis recipere et

1) Váraljafalva, alább Váralja is, a mai Firtos-Váralja Udvarhely széken.

finem decissium modo debito determinari debuissetis, Quare iterum nomine et in persona Regie Maiestatis firmissime precipimus et mandamus, quatenus, visis presentibus accedatis ad faciem dictarum possessionum cum hominibus nostris videlicet Johanne de **Noijthod** ¹⁾ et Andrea de **Galambfalwa** ²⁾ ibique iusticiam ambarum parcium reuidendo iudicare difinire et fine debito determinare modis omnibus debeatis Nos igitur quibus auditis secundum preceptum Vestre Magnificencie accessimus personaliter ad faciem dicte terre et causas inter partes aduersas ad manus nostras sub tali forma recepimus, ut qua parcium maiorem probacionem coram nobis impersona Vestre Magnificencie portare potuerit, tunc uos secundum aprobacionem ambarum parcium aprobaueritis, Quibus auditis dictus Dominicus et Emericus de medio aliorum exurgendo talem fecit aprobacionem cum Capitaneis et Iudicibus terrestribus videlicet Gregorio Janosij Georgio Gregorij ac Clemente Vargasij necnon Iudice Anthonio Elie, qui fuerunt illis temporibus Capitanei et Iudices terrestres, ut dicti in Varhallijafalwa conmorantes coram ipsis dictos in palfalwa conmorantes in Iudicio fide ipsorum obtinissent, Et quidcumque lucas Stephani de Palfalwa coram Vestra Magnificencia contra homines de Varhallijafalwa proposuisset totum falsum et propter invidiam fecisset, Et Nicolaus Adorijani et laurencius simonis cum fratribus suis totum in ista causa sunt procuratores et aduersarij dictorum in Varhallijafalwa conmorantium, quia nos percepimus quod si dicti Nobiles in causa ista non fuissent, tunc nos duo concordiam in persona Vestre Magnificencie inter partes aduersas facere potuissemus, Nos igitur talem in facie dicte terre sciuimus veritatem fide nostra mediante Datum **in Opido Keresthwr** ³⁾ in festo Apostolorum petri et pauli Anno domini M CCCC^o L nono.

Johannes Noijthody et Andreas Georgij
de Galambfalua domino nostro honorando.

¹⁾ Nyujtód falu Kézdi széken.

²⁾ Galambfalva falu Udvarhely széken.

³⁾ Keresztúr, a mai Székely- vagy Szitás-Keresztúr, az Udvarhely székhöz tartozó Keresztúr fiú-széken, oklevelesen itt jön elő legelsőben mint mezőváros (oppidum): de hihető, hogy városi kiváltságait a többi székely városokkal együtt Zsigmond királytól nyerte.

Kivülről: Magnifico viro Johanni Gereb necnon Supremo Capitaneo Transsilvaniensi domino nostro metuendo.

Eredetije papiron az erd. Muzeumban (Mike Sándor gyűjt. I. köt.)

CLII.

Lábatlani László székely ispán és főkapitány, Héderfáji István és Szentiványi Székely Mihály beszterczei ispánok, mint a király által az erdélyi nemesek, székelyek és szászok pereinek elítélésére kiküldött bírák bizonyítják, hogy törvényszékük előtt Szent György Farnasi Veres Benedeket, Mocsi Bertókot, Szentmihályi Tompa Mihályt és Kecseti Lászlót fölszólitotta, felelnek-é több megnevezett cselédekért, kik öt kirabolták és fogságba vetették, azok azonban kinyilatkoztatták, hogy nem felelnek. Kelt az erdélyi nemesség Tordán tartott közgyűlésében 1459. nov. 10-én.

Nos **Ladislaus de Labathian Siculorum Comes** et Supremus Capitaneus, ac Stephanus de Hederfaya, necnon Michael Zekel, de Zenth Iwan de Bistricia Comites, nunc autem per regiam clemenciam pro faciendo moderatio iudicio in medio Nobilium, Siculorum et Saxonum parcium Transsiluanarum Iudices deputati. Memorie commendamus per presentes. Quod nobis vnacum nostris iuratis Assessoribus, in congregacione generali vniuersitatis Nobilium cunctorum Comitatum earundem parcium Transsiluanarum feria secunda proxima post festum beati Michaelis Archangeli, **iuxta vim et formam generalis decreti eorundem Nobilium nuper in villa Kochard prope et cis fluuium aque Marusij in terra Siculorum Sedis Aranyos existenti editi, et per vniuersos Nobiles firmiter obseruari stabiliti** ¹⁾, Thorde celebrata consistentibus ²⁾, Georgius Zenthis e

¹⁾ Világos e szavakból, hogy a Székely-Kocsárdon tartott gyűlés nem általános országgyűlés, hanem csak az erdélyi megyék nemességének közgyűlése volt s végzései csak a vármegyei nemességre terjedtek. — Ezen gyűlés idejét, a **nuper** szóból következtetve, 1459-re határozhatjuk.

²⁾ Ugyanezen szavakkal kezdődik Lábatlani László székely ispánnak és társainak Tordán ezután három nappal nov. 13-án Szamosfalvi Mikola István

medio aliorum in nostram et dictorum nostrorum iuratorum Assessorum exurgens presenciam, presentibus et audientibus Benedicto Ruffo de Farnas, BIRTHOK de Moch, Michaele Tompa de Zentmihal et Ladislao de Kecheth proposuit eo modo, quod licet ipse Georgius Zenthes cum ipsis de omnibus suis factis certam haberet dispositionem, sed vtrum ipsi pro familiaribus ipsorum, videlicet Dijonisio, Michaele Magno, Petro Magno fratre eiusdem, Clemente Paruo de Chezthue, Lupsa de Bwk, Paulo More de Moch, Michaele Paruo de eadem, Michaele Gerew Zanisloi, Thoma Saas, Antonio Bajnocz de Fratha, qui prefatum Georgium Zenthes depredassent, captiuassent, et suspendissent, respondere vellent, aut non, qui responderunt, quod ipsi pro prenominitis eorum hominibus respondere nollent, nec responderunt coram nobis, harum nostrarum litterarum testimonio mediante Datum tricesimo octauo die congregationis nostre antedecte in loco memorato, Anno domini Millesimo quadringentesimo quinquagesimo nono.

Gyulafejérvári Dobó József által irt másolata megvolt a nagy-enyed ref. coll. könyvtárában, Benkő József kéziratái közt, Docum. Varia. Vol. V. pag. 289. — Erről vett másolata megvan az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény, Dipl. Trans. Appendix VI. köt. 103. sz.)

CLIII.

Lábatlani János székely és temesi ispán az erdélyi részek Medgyesén tartott országgyűlésén a király meghagyásából megvizsgáltván a Miklósvár szék és Sepszi szék között fenforgó pert, Zsigmond és Mátyás király levelei alapján ítéletesen kimondja, hogy Miklósvár szék Sepszi széktől független törvényhatóság, s meghagyja Törcs, Hőltövény és Királyköve várnagyainak, hogy szükség esetében Miklósvár széket szabadságaiban oltalmazzák. Kelt Medgyesén 1459. november 26-án.

Nos Johannes de Labathlan Siculorum et Themesijensis Comes, Memorie Commendamus per presentes quibus expedit vniuersis, Quod

özvegyének Ilonának a Gyerőfiek ellen folytatott perében kelt ítélete, melynek másolata megvan **Husztai András Wayuodae Trans.** cz. kéziratában, és innen kiírva az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. Appendix VI. köt. 102. sz.)

cum nos partibus in istis ex speciali commissione Serenissimi principis et domini Matthie dei gracia Regis Hungarie Dalmacie Croacie etc. domini nostri naturalis fuisset constituti, recepimus quasdam litteras sue serenitatis nobis in eo preceptorie loquentes, vt nos differenciam seu causam super facto separacionis **Sedis Zenthmijkloswara** a Sede **Sepsij Zenthgijerghzeke** vocata inter vniuersos Siculos ad vtramque Sedem pertinentes motam et suscitatum reuidere et reseruato iuris ordine inter partes eandem concludere et fine debito diffinire deberemus. Quarum quidem litterarum Regiarum continenciam per omnia intelligentes, prefatam differenciam seu causam modo premissa inter partes motam, propter sui arduitatem ad congregacionem generalem vniuersorum Nobilium parcium istarum Transsiluanarum, Siculorum et Saxonum in Oppido Meggijes die dominico videlicet in festo beate Catherine virginis protunc affuturo celebrandam pro habenda maiori deliberacione et finali conclusionem per nos et alios vniuersos Nobiles Siculos et Saxones, ibidem fienda duxeramus prorogandam, Tandem instante ipsa congregacione eorundem Nobilium Siculorum et Saxonum die preallegata in dicta Meggijes tenta nobiscumque vnacum vniuersis Regnicolis constitutis, coram nobis et ipsis Regnicolis istarum parcium comparuerint Agiles viri **Andreas de Kalnok, Michael Was de Kerespataka, Anthonius Zekel de Kijlien, Johannes Daczo de Zalani, Paulus de Beseniew, et Petrus de Borosna**, Siculi de predicta Sede Sepsij pro se personaliter et dictorum vniuersorum Siculorum ad eandem Sedem Sepsij pertinencium nominibus et in personis, tamquam actores, proposuerunt contra et aduersus **Valentinum de Hijdweeg, Petrum filium Elie de Bewlewn maiori, Damianum Rijpo de Naghbaroth**, ac ceteros vniuersos Siculos ad predictam Sedem Zenthmijkloswara pertinentes tamquam in causam attractos, eomodo quod dudum et ab antiquo, cuius memoriam hominum nemo comprehendit, prefata Sedes Zenthmijkloswara cum omnibus iure et iudicio ad Sedem Sepsij et presertim Sedem Zenthgijerghzeke vocatam pertinisset et pertinere deberet ac iudicatu ipsius Sedis Sepsij semper subiecta fuisset, sed prefati Siculi ad ipsam Sedem Zenthmijkloswara pertinentes eorum potencia mediante eandem Sedem Zenthmijkloswara de prefata Sede Sepsij et eiusdem iudicio et pretencione penitus alienauerunt et sequestrauerunt in preiudicium

eiusdem Sedis et ipsius libertatum derogamen valde magnum. Vnde facta responsione prefatus Valentinus de Hijdweg Siculus in sua ac prescriptorum vniuersorum siculorum in sepedicta Sede Zentlimijkloswara existencium nominibus et personis e medio aliorum Regnicolarum nobiscum pro iudicio sedencium exurgens, retulit ex aduerso quod prefata Sedes Zenthmijkloswara nunquam ad predictam Sedem Sepsij Zenthgierghzeke pertinuisset, et neque eius iudicio subiecta fuisset, sed sola libertate in omnibus sicuti ceterae Sedes Siculorum vtuntur, et ipsa eo ordine functa fuisset, et hec sic facta fore nonnullis litteris superinde confectis, et Signanter litteris quondam Serenissimorum principum dominorum Sigismundi Romanorum imperatoris ¹⁾ ac eciam Matthie moderni Regis Hungarie litteris annuentibus comprobabatur, Vnde nos auditis ambarum partium propositiõibus, Responsionibus et allegacionibus visisque et examinatis prefatis litteris et eisdem perlectis, vna cum prefatis vniuersis Regnicolis in dicta congregacione generali existentibus repperimus in eisdem et Signanter in tenoribus prefatarum litterarum quondam domini Sigismundi imperatoris etc. ac eciam ex Noua annuencia prescripti domini Matthie moderni Regis aperte comperimus prescriptam Sedem Zenthmijkloswara nunquam ad ipsam Sedem Sepsij pertinuisset, et neque eius iudicio subiecta fuisset, sed solum ipsius libertate fungeretur, et nec aliquo iure ipsi Sedi parere deberet. Nosque vna cum vniuersis Regnicolis videlicet Nobilibus **Siculis trium** generum, et Saxonibus, in dicta congregacione generali existentibus sic et taliter Sentencialiter et Judicialiter decreuimus, quod nequaquam ipsa Sedes Zenthmijkloswara, antefate Sedi Sepsij annecti possit: vel aliquo iure eidem subiacere debeat, Sed solius libertate quam haberet, perdurare deberet, Ita tamen, Quod quicumque a modo in posterum de pertinencijs Sedis Zenthmijkloswara ad prefatam Sedem Sepsij pertinere et audire vellet,

¹⁾ Zsigmond király itt említett levelét, mely 1404-ben kelt, (Datum in descensu nostro campestri terre Moraue nostre Oppido Kostely feria secunda proxima post festum beati Jacobi Anno domini 1404.) Bethlen Gábor 1616-ki átiratából, mely után azt mi is főntebb LXXXI. sz. alatt egész terjedelmében közöltük, ismerte és töredékesen közölte is **Kállay Ferencz, A székelyekről 189, 190. l.**, ki azonban ez oklevél keltében az újabbkori átirat hibáját követve hibásan irt Sostelyt, **Kostely** helyett.

talís in amissione omnium bonorum suorum et Sentencia Capitali conuinceretur ipso facto presencium per vigorem. Quocirca vobis Egregijs **Castellanis Castrorum Thercz Heltwen et Kijralkewe** vocatorum ¹⁾ nunc constitutis et in futurum constituendis, in persona Regie Maiestatis harum serie presencium firmissime committimus et mandamus, quatinus prefatos vniuersos Siculos ad dictam Sedem Zenthmijkloswara pertinentes et eorum quemlibet in ipsa Sede Zenthmijkloswara, et eius libertate tam contra sepefatos Siculos ad Sedem Sepsij pertinentes quam eciam alios quoscumque illegittimos impetitores et perturbare volentes defendatis et protegatis dum necesse fuerit et opportunum, et Secus amore Justicie non facturi, presentibus quoque perlectis exhibenti restititis. Datum in Meggyes predicta Secundo die dicte congregacionis generalis, Anno domini Millesimo Quadringsesimo Quinquagesimo nono.

Szapolyai János király 1531-ki megerősítő leveléből, melynek eredetije megvan a gyula-fejérvári káptalan levéltárában (Cista Maramarosiensis Fasc. III. Nro. 9.)

CLIV.

Mátyás király a Fejér vármegyében, a barczasági kerületben, fekvő Bácsfalva, Szentmihályfalva más néven Csarnátfalva, Türkös más néven Temes, Hosszúfalva és Apácza helységekre, fele részben néhai Bölöni Forró Péter fiának, Simonnak, és általa fiainak, Györgynek, Miklósnak, Mihálynak, Lászlónak és Jánosnak, másik fele

¹⁾ Valamint a Killyéni Székely Mihály által kiadott **Székely nemzet constitutioi**-ban **20. I.**, ugy gr. Kemény József sajátkezű másolatában is, melyet ő ezen oklevélnek vele ugyancsak Székely Mihály által közlött egyszerű másolatából vett, castrorum **Therczheltwen** áll, de kétségtelenül hibásan, mert itt **Törös** és **Höltövény** várai értendők a Barczaságon. Az általunk másolt 1531-ki megerősítő levélben e két vár neve Oly közel van egymáshoz írva, hogy csak nem egy szónak látszik, s ez vitte a régi másolókat tévedésbe, hogy e két vár nevét egybeírják. A harmadik vár **Királyköve** a Sepsi szék és Oláhország között elhuzódó határhavasokban az ugy nevezett **Királykő**-n állott.

részben pedig Szentgyörgyi Forró Mihály fiának, és általa testvéreinek Lászlónak, Osvátnak és Mihálynak, kik ezen helységeket előbb is békésen és törvényesen birták, új adománylevelet ad, egy-szersmind az ezen helységben ne talán lappangó királyi jogot is nekik adományozza. Kelt Diós-Győrött 1860. aug. 15.

Commissio propria domini Regis.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis Quod cum nos ad humilime supplicacionis instanciam fidelis nostri sincere grateque dilecti. Venerabilis et Magnifici Thome prioris Aurane per eum pro parte fidelium nostrorum Egregiorum Symonis filij condam petri forro dicti de **Belen** ¹⁾ et Nicolai filij Michaelis similiter forro dicti de **Zenthgergh** ²⁾ nostre propterea porrecte maiestati, Tum eciam attentis et consideratis multimodis fidelitatibus et fidelium seruiciorum gratuitis mentis eorundem symonis et Nicolai per eos vti propria experientia agnouimus, primum condam Illustribus quondam principibus Johanni de Hwnyad alias Gubernatori dicti Regni nostri Hungarie Genitori ac ladislao de eadem Hwnyad Comitibus perpetuis Bistriciensibus fratri nostris carissimis felicium recordacionum tandemque maiestati nostre et ex post, Sacre dicti Regni nostri Corone sub locorum et temporum varietate iuxta eorum possibilitatis exigenciam fideliter et constanter exhibitis et impensis, possessiones **Bachfalva Zenthmihalfalva** alio nomine **Tharnatfalwa Therkes** alio nomine **Temes, Hozzijwfalw** ³⁾ et **Apaczija** ⁴⁾ vocatas in Comitatu Albensi parcium

¹⁾ **Belen**, a mai **Bölön** falu Miklósvár széken.

²⁾ **Zenthgerg**, a mai Sepsi-Szent-György, Sepsi széken.

³⁾ **Bácsfalva**, a mai **Bácsfalu**; **Szent-Mihályfalva**, más néven **Csarnátfalva**, a mai **Csarnátfalva**, mely előbbi nevét Sz.-Mihály tiszteletére épített egyházától nyerte; **Therkes**, a mai **Türkös**, melyet más néven **Temes**-nek is hívtak, mint hogy az Oláhországba vezető **temesi** vagy **tömösi** szoroshoz közel feküdt; **Hoszszufalu** ma is e nevet viseli. Mind ezen helységek a Barczaságon a csángók által lakott ugynevezett **hétfalu** közzül valók, melyek a töröcsvári királyi várhoz tartóztak, s ma is a töröcsvári uradalomhoz tartoznak.

⁴⁾ **Apácza**, a fentebbi falukkal együtt a Barczaságon, a töröcsvári uradalomhoz tartozik.

nostrarum Trassiluanarum, et districtu Barcza habitas ¹⁾ in quarum pacifico dominio ydem Symon et Nicolaus se a dudum legitime perstitisse asserunt. Item totum et omne Jus nostrum regium si quod in dictis possessionibus Bachfalwa Zenthmihalfalwa alio nomine Tharnatfalwa Therkes alio nomine Themes Hozzijwfalw et Apaczia eciam alias qualitercumque haberemus aut nostram ex quibuscumque vijs modis et rationibus concernerent maiestatem Simulcum cunctis earundem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet Terris scilicet Arabilibus cultis et incultis Agris pratis pascuis Campis fenetis Siluis Nemoribus Rubetis virgultis Montibus alpi-bus vallibus vineis vinearum promontorijs aquis fluuijs piscinis piscaturis aquarumque decursibus Molendinis et locis Molendinorum ac generaliter quarumlibet vtilitatum et pertinenciarum suarum integritatibus quouis nominis vocabulo vocitatis ad easdem de Iure spectantibus et pertinere debentibus sub earum veris metis et terminis premissis sic vtprefertur stantibus et se habentibus Memorato Symoni (filio) condam petri forro de dicta Belen et per eum Georgio Nicolao, Michaeli Ladislao et Johanni filijs suis, quo ad vnam Item (Nicolao) filio prefati Michaelis similiter forro de dicta Zenthgeorg, et per eum Ladislao Osualdo et Michaeli fratribus suis carnalibus quo ad alia(m) dire)ctas et equales medietates earundem possessionum ipsorumque heredibus et posteritatibus suis vniuersis noue nostre donacionis titu(lo dedi)mus donauimus et contulimus ymmo damus donamus et conferimus Iure perpetuo et irreuocabiliter possidendas tenendas pariter et (habendas) Saluo Iure alieno harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante. Quas in formam nostri priuilegij redigifacie(mus du)m nobis in specie fuerint reportate Datum in Dyosgywr in festo Assumpcionis beate Mario virginis Anno domini M(illesimo) Quadringentesimo Sexagesimo.

Eredetiye pergamenen, az alája veres viaszba nyomott pecsét töredékével, a gyula-fejérvári káptalan levéltárában (Cista XX. nro 98)

¹⁾ Világos ebből, hogy az eladományozott helységek **Fejér vármegyében a barczasági kerületben** feküdtek, s maga ez a kerület is, mely nem tartozott a **fundus regius**-hoz, Fejér vármegyében esett.

CLV.

*Rozgonyi Rajnáld és Rozgonyi Osvát székely ispánok. 1460.
sept. 21-dikén.*

..... fideles nostri Magnifici Johannes de Rozgon Vaiuoda Transsilvaniensis et Magister Tauernicorum nostrorum, ac **Rainoldus de eadem Rozgon et Osualdus similiter de eadem Rozgon Comites Siculorum nostrorum**

Mátyás királynak a serki vár alatt 1460. sept. 21-dikén kelt leveléből, melyben őket a tatai apátság pártfogóivá nevezi ki. Ezen oklevelet egész terjedelmében közli gr. Teleki József, Hunyadiak kora X. d. 638. lap.

CLVI.

Rozgonyi Sebestyén erd. vajda és székely ispán. 1461. május 4.

Sebastianus de Rozgon Waiuoda Transsilvanus et **Siculorum Comes** (jelenti Mátyás királynak, hogy a gyula-fejérvári káptalan a Fejér vármegyei Tinód egy részébe beigtattott). Datum Thorde feria secunda proxima post festum Inuencionis sancte Crucis Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo primo.

A kolozs-monostori convent levéltárában megvan Rozgonyi ezen jelentése, ugyanazon convent 1462-diki átiratában.— Kivonata az erd. Muzzeumban (Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. Appendix VI. köt. 121. sz.) — Töredékesen kiadta Szeredai, Notit. Capit. Alb. 98. 99. l.

CLVII.

Rozgonyi Osvát és Losonczy Dezső fia László székely ispánok ítélete Nyárádtői Szél Simonnak néhai Nyárádtői Szél János leányai, Briccia, Apollonia és Anastasia ellen folyt perében, mely szerint az említett leányok ügyvéde Karácsonfalvi Péter Székely-Vásárhelyen huszonötöd magával, mind igaz székely fiakkal, harangozás

ideje alatt tartoznék az ő kiküldött emberek előtt megesküdni, hogy Szél Simont a Nyárad vizén levő malom birtokában nem háborgatta s abban 40 arany forintnyi kárt nem okozott. Kelt Udvarhely és Maros szék Szász-Kézden tartott gyűlésében 1461. október 13-dikán.

Nos **Oswaldus de Rozgon et Ladislaus maior filius Desew de Losoncz Comites Siculorum** etc. Memorie commendamus per presentes, quod nobis feria tertia proxima ante festum beati Galli confessoris, **vnacum Capitaneo maioris exercitus, et Judicibus ac ceteris Siculis de Sedibus Vduarhely et Marus**, pro quibusdam perarduis eorundem Siculorum negociorum expeditionibus necessario faciendis **in Oppido Zaaz Kyzdi** conuenientibus ¹⁾ in racionem, Agilis Sijmon filius Jacobi dicti Zel de **Naradtew** ²⁾, ad nostram et eorundem Siculorum veniendo presenciam, proposuit eo modo, quomodo ipse Briciam Apolloniam et Anastasiam filias condam Joannis similiter dicti Zel de dicta Naradtew, racione et pretextu cuiusdam molendini in fluuio **Narad** decurrentis, in cuius pacifico dominio per adiudicacionem Magnifici **Ladislai de Labatlan Comitis Siculorum** litteratenus factam, quam pre nostris obtulit oculis reuidentam, denique per litteras Spectabilis ac Magnifici domini Michaelis Zilagji de Horogzeg perpetui Comitis Bistriciensis ac parcium Transsiluanarum Gubernatoris introductorias et statutorias, pariter et citatorijs, Capitaneo maioris exercitus et Judicibus Oppidi Zekelwasarhel loquentes, necnon Joannis Gereb de Wingarth similiter parcium Transiluanarum Vice Gubernatoris relatorias, e conuerso ipsi Capitaneo et Judicibus antedictis exinde confectas interpretatorias ³⁾ foret introductus, quas per ordinem nobis et eisdem Siculis produxit manifeste examinandas ⁴⁾, Petrus filius Michaelis de **Karachonfalwa** ⁵⁾ procurator annotatarum Aliarum dicti condam

¹⁾ Nevezetes, hogy a székely ispánok Udvarhely és Maros szék közgyűlését idegen hatóság területén Szász-Kézd mezővárosában tartották.

²⁾ **Nyáradtő** Maros széken a Nyáradnak a Marosba szakadásánál.

³⁾ Huszti másolatában e hely kétségtelenül meg van rontva.

⁴⁾ Huszti másolatában hibásan **extradandas** áll a helyes **examinandas** helyett.

⁵⁾ **Karácsonfalva** Udvarhely széken.

Michaelis Zel (de Naradtew) indebite diuersimode impediret, molestaretque potencia sua mediante, et in preiudicium suum et damnum quadraginta florenorum auri se extendens, satis ingens, nostras litteras euocatorias contemnentes ad nostram euocasset presenciam. Quo audito prelibatus Petrus filius Michaelis similiter ad nostram et eorundem Siculorum exurgens presenciam retulit eo modo, quomodo ipse in nullo memoratum Symonem impediisset, sed et neque intra molendinum suum vlllo vnquam tempore fuisset, neque in dictis quadraginta florenis eundem damnificasset, et nullum factum ad eundem molendinum habuisset, neque haberet eciam de presenti. Vnde nos auditis ambarum parcium proposicionibus et allegacionibus, visisque tot litteris et litteralibus instrumentis per annotatum Symonem filium Jacobi Zel pro eo porrectis, per prefatum vero Petrum filium Michaelis nihil productis, ad iudicandum commissimus eomodo, Vt memoratus Sijmon filius Jacobi Zel in pacifico dominio ipsius molendini, contradiccione prelibatarum filiarum pretacti Joannis Zel et ipsius Petri filij Michaelis non obstante, perpetuo permaneat. Antefatus si quidem Petrus filius Michaelis de Karachonfalwa super eo, quod eidem Sijmoni quadraginta florenorum damna modo pretensiuo non intulerit, feria quinta proxima ante festum vndecim millia virginum proxime affuturum, **vigessimo quinto se, de et sub sonitu vnus campane, hominibus Siculorum veris filijs existentibus, die scilicet Judiciario, in Oppido Zekel Varsarhely iuramentum coram homine nostro ad iri deputato deponere debeat et teneatur**, Harum nostrarum testimonio litterarum mediante. Datum in dicto Oppido Zaz Kyzdi, die et termino prememoratis. Anno domini Millesimo Quadringentesimo sexagesimoprimo.

Az eredetiről vett másolata megvan Huszti András Wayvodae seu Duces Trans. cz. kéziratában 1459 évszámmal; valamivel pontosabban másolva ugyancsak Husztinak e munkája után kötött oklevélmásolat-gyűjteményében 1460 évszámmal az erd. Muzeumban. — Ezen oklevélnek Huszti kéziratából vett csekély töredékét 1461-re téve közli Kállay, Székely nemzet 179. I. —Kétségtelenül Huszti kézírataiból vett másolata megvan ezen oklevélnek a m. nemz. muzeumban a Catalogus Ms. Biblioth. Szecheny. I. köt. 406. I. szerint 1461. oct. 13-dikára téve. — Hogy

ezen oklevél csakugyan 1461-ben oct. 13-dikén kelt, kitetszik a föntebb CLIII. CLV. és CLVI. sz. alatt közlött oklevelekből, melyek szerint 1459. nov. 26-dikán Lábatlani János, 1460. sept. 21. Rozgonyi Rajnárd és Osvát, s 1461-ben még május 4-dikén Rozgonyi Sebestyén erd. vajda viselte a székelyek ispánságát.

CLVIII.

Szepesi Bálint a székelyek alispánja bizonyítja, hogy előtte Hidvégi Bálint és fia Mihály Gergelylyel, Mihály fiával, úgy egyezett meg, hogy Gergely biró négy falu u. m. Illyefalva, Úzon, Kökös és Doboly birói jövedelmének felét említett Bálintnak és fiának Mihálynak engedte, mely falukban a pereket egyedül Mihálynak Bálint fiának szabad legyen itélni; hozzá tévén hogy a melyik fél ez egyességet meg nem tartaná, illető fele részét azonnal vesztse el. Kelt Szent-György mezővárosában 1461. oct. 22-dikén.

Nos **Valentinus de Scepes vicecomes Siculorum** Damus pro memoria, Quod ab vna parte **Valentinus de Hydweg** cum filio suo Michaelae, ab altera vero Gregorius filius Michaelis, spontanea eorum voluntate conuenerunt et conuencionem fecerunt coram nobis eomodo, Quod Causas que sunt Inter eos ventillate sew orte Omnino Inter se ipsos disposuerunt et deposuerunt talimodo, Quod Ipse Iudex Gregorius filius Michaelis Ipso Valentino sew filio suo Michaeli In quatuor villis videlicet In **Illyefalwa Vson kewkews et doboijl** ¹⁾, Medietatem proventus Iudicij ipsius eisdem commisit, Ac eciam talimodo quod quos familiares prefatus Valentinus et Michael filius suus, ab eodem detinere vellet liberum commisit, Necnon eciam quod que cause In illis villis Inter homines illos orierentur, Extunc nemo Alter sit liber Inter homines illos disponere aliquam causam Nisi prefatus Michael filius Valentini, se obligarunt coram nobis talimodo, In cuius rei testimonium presentes literas nostras Sigillo nostro quo vtimur fecimus consignari, Hoc eciam Interposito quod si aliqua pars parcium prefatarum factum Illud non constaret, Extunc partem Illius In Illis quatuor villis eofacto perdi et

¹⁾ **Illyefalva** ma mezőváros, **Úzon, Kökös** és **Doboly** faluk Sepsi széken.

dimitti couvincatur, Datum **In Opido Zenth Gewrg** ¹⁾ feria Quinta proxima post festum vndecim Millia virginum Anno domini Mille-simo cccc-o lxj-o.

Eredetije papiron az alája nyomott pecséttel az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Diplomatarium Autograph. Tom. II.)

CLIX.

*Dengelegi Pongrácz János erd. vajda, székely és temesi ispán.
1402. apr. 3-dikán.*

Joannis de Rede et Dominicici Bethlen de Bethlen Eusi Vice Vajvodarum Transsilvaniae mandatum ad Conventum de Kolos-monostro, ut Joannes de Komiatu statuatur in dominium portionis possessionariae Derze in Comitatu Doboka habitae, ipsum titulo donationis **Joannis Pongracz de dengeleg Vayuodae Transsilvani, Siculorum et Themesiensis Comitatis** concernentis. (Dat. Almakerék, sabbato prox. ante dominicam Judica. 1462).

Igy adja ez oklevél kivonatát, mely eredetiben, a hátára írott tiszta beigtatási jelentéssel, a kolozs-monostori convent levéltárában van, gr. Kemény József, Diplom. Trans. Appendix VI. köt. 122. sz.

CLX.

Mátyás király megparancsolja Hidvégi Székely Bálintnak, hogy gyula-fejérvári káptalannak hidvégi és árapataki dézmájáért, melyet a mult évben az ő ösztönzésére a törcsvári várnagyok magoknak elfoglaltak, tegyen eleget; mert különben meghagyta Dengelegi Pongrácz János erd. vajdának és székelyek ispánjának, hogy öt elégtételre kényszerítsék. Kelt Budán 1402. junius 11 dikén.

Mathias dei gracia Rex Hungarie Dalmacie Croatie etc Fideli nostro Agili viro **Valentino Siculo de Hijduegh** ²⁾ Salutem et gra-

1) Itt jön elő tudtommal legelőször oklevelesen **Sepsi-Szent-György**, mint mezőváros.

²⁾ Ez a Hidvégi **Székely** Bálint, a székely eredetű Hidvégi gróf Nemes család ősei között való.

ciam. Exponitur maiestati nostre in persona fidelium nostrorum honorabilis Capituli ecclesie Albensis Transsiluane per modum grauis nuerele, quomodo in anno, cuius mundum preteriisset reuolucio, Castellani **Castri Thercz** quasdam decimas ipsius Capituli de possessionibus **Hijduegh** et predicta **Arwapataka** ipsi Capitulo more alias consueto prouenire debentes, ex induccione tua pro se ipsis occupassent, et recepissent, pro quibus nulla eisdem hactenus fuisset satisfaccio facta et exhibita, Et quia nos volumus, vt prefato Capitulo pro dictis decimis modo premissis in anno proxime transacto per dictus Castellanos ex induccione tua occupatis plena satisfaccio per te impendatur, Ideo fidelitati tue harum serie firmiter precipiendo mandamus, aliud habere nolentes, quatenus receptis presentibus, nullis alijs litteris aut mandatis nostris superinde expectatis, cunctacioneque et renitencia quibuslibet postpositis, super occupatione et ablacione dictarum decimarum annotato Capitulo satisfaccionem plenam impendere debeas et tenearis, de cetero quoque te ad easdem decimas intromittere nullatenus presummas. Alioquin commisimus et presentibus striccius committimus fidei nostro Magnifico **Johanni Pongracz de Dengelegh Woyuode Transsiluano ac Comiti Siculorum nostrorum**, vt ipse te ad premissa facienda per omnia opportuna remedia arcus compellat et astringat, auctoritate nostra presentibus ipsi in hac parte attributa, et iusticia mediante. Secus ergo non facturus. Presentibus perlectis exhibenti restitutus. Datum Bude feria sexta proxima ante festum Sancte Trinitatis, Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Eredetije az aljára nyomott pecsét helyével a gyula-fejérvári káptalán levéltárában (Cista Capitul. fasc. 6. nro 45.) — Némely helyek s a kelet napjának kihagyásával közli Szeredai, Notit. Capituli Albensis 100, lap.

CLXI.

Mátyás király ítélete Szentkirályi Somogyi Gálnak Szent-Annai Tóth István sebesvári várnagy ellen három lova és négy ökre ellopása ügyében folyt perében. Kelt Brassóban 1461. nov. 1.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Damus pro memoria. Quod nobis in vigilia festi omnium sanctorum

vnacum nonnullis prelatibus, Baronibus, et Regni nostri Nobilibus in hac Ciuitate nostra Brassouensi constitutis et existentibus, causasque quorumuis causancium iusto iuris ordine decernentibus, Gallus Somogyi de Zenthkyral e medio aliorum Regnicolarum nostrorum nostram personaliter veniens in presenciam **Stephanum Thot de Zenthanna** ¹⁾ Castellanium de Sebeswar, coram nobis pro facie ad faciem repertum, contra se diem ad eundem nostram personaliter citauit in presenciam, et contra eundem proposuit eomodo, quod alias quidem Petrus Porkolab et Benedictus Nagy de Zowath Vice Castellani eiusdem Stephani de dicta Sebeswar per eundem constituti, de consensu eiusdem Stephani tres equos et quatuor boues eiusdem exponentis furtiue recepissent, et deportassent, ipseque exponens vestigia eorundem equorum et bouum suorum insecutus fuisset Datum Brassouie predicto secundo die termini prenotati. Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo secundo.

Eredetije a kolozs-monostori convent levéltárában. Erről gr. Kemény József által vett másolata töredékesen, a mint közöljük, megvan az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. VI. köt. 126. sz.)

CLXII.

Mátyás király a csik-somlyai franciscanus conventnek az atyja Hunyadi János kormányzó által adományozott 32 confratere részére szabadalomlevelet ad. Kelt Brassóban 1462. dec. 2-án.

Ezen levél tartalma, a kelet kitételével együtt, be van írva Szapolyai János erd. vajda Várdotfalván (Csikban) 1519-ben július 26-dikán kelt kiváltságlevelébe, melyet alább egész terjedelemben közlünk.

¹⁾ Szent-Annai Tóth István **Maros-Szent-Annáról** írta magát s előkelő birtokos volt Maros széken.

CLXIII.

Mátyás király Kászon székeknek Zsigmond királytól nyert szabadalmát helyben hagyván, újra megengedi a Kászon székieknek, kiket Csik szék szabadalmaik gyakorlatában meggátolván magához akart csatolni, hogy magoknak hadnagyot és birót választhassanak és széket tarthassanak. Kelt Medgyesen 1402. dec. 9-én.

Nos Mathias Dei gracia Rex Hungarie, Dalmacie, Croacie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod cum nos fideles nostros Venerabilem ac Magnificum et Egregios viros dominum Nicolaum Bodo prepositum ecclesie Albensis Cancellarium Secretarium nostrum, Casparum Bodo de Gijewrgij ¹⁾ alias magistrum Agazonum nostrorum regalium, et magistrum Gregorium de Dersenowcz ²⁾ protonotarium presencie nostre, **ex deliberacione prelatorum et Baronum nostrorum in medium Siculorum parcium nostrarum Transiluanarum pro iudicandis et reuidendis causis ipsorum more alias consueto duxissemus destinandos** ³⁾ et ijdem inter alias Sedes venissent **ad Sedem Kazon vocatam**, tunc vniuersi Siculi nostri ad eandem Sedem Kazon pertinentes, contra et aduersus vniuersos Siculos nostros **ad Sedem Chijk** pertinentes querulose proposuissent eo modo. Quod licet alias quondam Serenissimus dominus Sigismundus Romanorum Imperator pie memorie predecessor noster tum pro fidelium eorum seruiijs, tum vero ex eo quia ipsa Sedes Kazon prope terram nostram Moldauiensem sita est, ipsique Siculi nostri non paruas vi-

¹⁾ Kósa közlésében **De publica partium Transs. administratione sub Wayvodis. 72. I.** e név elrontva van adva de **Gyerozin** alakban. Minthogy azonban kétségtelen, hogy ez a Bodó Gáspár volt kir. lovászmester egy személy azzal a Györgyi Bodó Gáspárral, ki egy 1486-diki levélben, mint a királyné főlovászmestere és tolnai főispán, magát Gaspar Bodo de **Gyiurgij**-nak írja. (Lásd **gr. Teleki József, Hunyadiak kora XII. köt. 341. I.**) bizvást mertem ez elrontott nevet helyre állítva adni.

²⁾ **Kósa e. h.** ezt a nevet is hibásan közli így: **de Dersenorucz**. — Említve van ez a személy „Magister Gregorius de **Dersanolcz**” néven Hunyadi János kormányzó 1449-diki levelében. **Hazai Okmánytár. IV. köt. 346. I.**

³⁾ Mint régi szokást látjuk itt említve, hogy a király a székelyek közt folyt ügyek átvizsgálására és végső elítélésére, az ország nagyjainak határozatából, biztosokat küldött a székelyek közé.

gilancias pro defensione personarum rerumque bonorum suorum facere haberent, litteris suis mediantibus eisdem id annuerit, et concesserit, vt ipsi Siculi nostri de dicta Kazon per se sedem belliductoremque et iudicem inter ipsos eligere et deputare habereque valerent, Tamen nunc nescitur quibus respectibus ducti Siculi nostri de pretacta Sede Chijk pretactam Sedem Kazon, non curantes litteras dicti domini Sigismundi imperatoris, ad ipsam Sedem Chijk contra ipsorum voluntatem annectere conati fuissent, belliductoremque et Iudicem inter ipsos eligere non permisissent, pro euidentiorique documento et approbacione ambe partes, videlicet tam de dicta Sede Kazon quam eciam de Chijk se ad certos idoneos et probos viros in re promissa remisissent, ijdemque probi viri consciencie fassi extitissent, vt ipsi sciuisent certitudinaliter, quod dictus dominus Sigismundus Imperator ipsis Siculis de dicta Sede Kazon libertates premissas concessisset, et eisdem secundum easdem libertates vti et frui graciose annuisset, et supplicatum extitit maiestati nostre in personis dictorum Siculorum de pretacta Sede Kazon humiliter et deuote, vt nos huiusmodi litteras dicti domini Sigismundi imperatoris ratas, gratas, et acceptas habentes, eisdem id de nouo graciose, vt ijdem per se inter ipsos belliductorem et iudicem eligere, Sedemque habere possent, et valerent, annuere et concedere dignemur. Nos itaque tum humillimis supplicacionibus in personis Siculorum nostrorum de dicta Sede Kazon nobis factis, tum vero fassionibus dictorum certorum proborum virorum per ambas partes electorum fauorabiliter eisdem Siculis nostris de sepefata Sede Kazon de nouo et ex nouo id annuimus et concessimus, vt ipsi iuxta antiquas libertates ipsorum per predictum dominum Sigismundum Imperatorem eisdem vt dicitur alias concessas, vti et frui, inter ipsosque belliductorem et Iudicem per se eligere sedemque habere possint et valeant. Nihilominusque eosdem Siculos nostros in huiusmodi ipsorum libertatibus ex certa sciencia confirmamus, harum nostrarum, quibus secretum Sigillum nostrum, quo vt Rex Hungarie vtimur, est appensum, vigore et testimonio litterarum mediante. Datum in Oppido nostro Megyes feria quinta proxima post festum conceptionis beate Marie virginis, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Secundo.

Hiteles másolatról vett másolat után, mely az egykori erd. magyar nyelvvelő társaság gyűjteményében volt, töredékesen közölte Eder, *Observationes ad Felmerum* 251. l., közzé tette pedig Berekereszturi Kósa Zsigmond, *De publica partium Transs. administratione sub Wayvodis*. Viennae. 1816. 71—74. l. — Eredetije pergamenen megvan Kászón-Impérfalván Kászón széknek a Balásiak felügyelete alatt álló levéltárában. Ezen kiváltságlevelet átírta és megerősítette II. Ulászló 1515. sept. 4-ikén, Báthori Kristóf 1580. sept. 23-án, és Báthori Zsigmond 1589. nov. 29-én. Mind ezek, valamint Mihály vajdának 1600. febr. 9-dikén és Báthori Gábornak 1613. jul. 20-dikán Kászón szék részére adott új szabadalomlevelei megvannak a szék említett levéltárában. Lásd: Benkő Károly, Csik, Gyergyó és Kászón. I. rész 65—66. l. és Orbán Balázs, Székelyföld I. köt. 52. l.

CLXIV.

Az erdélyi három nemzet közönségének az általános fölkelésre hozott szabályai, melyeket Mátyás király megerősített, Budán 1463. apr. 26-dikán.

Constitutiones exercitiales Universitatis trium Nationum Transylvanicarum, Nobilium videlicet, Sicularum, atque Saxonum a Serenissimo Domino Matthia Rege approbatae. Budae Anno 1463. feria III. post Dominicam Reminiscere.

I. Nobiles universi, et ceteri possessionati homines, dum in extrema necessitate exercitus generalis proclamatur, per singula capita insurgere tenentur, nisi gravi morbo aut senio impedianur; ita tamen, ut in Comitatu de Hunyad, tamquam praedatorum incursionibus magis exposito, tertia, in ceteris vero Comitatibus Transylvaniae quarta eorundem Nobilium pars domi relinquitur.

II. Iobbagiones Nobilium similiter capitatim ire ad generales expeditiones obstringuntur, equis et armis instructi, quibus facultas suppetit, reliqui autem rustici pauperiores pedites pixidarii, vel saltem armis rusticanis induti; quinta nihilominus parte eorum, more antiquo ad custodienda Confinia et Castella atque alia loca domi retenta.

III. Nobiles unius Sessionis, sive nullos Jobbagiones habente pariter viritim insurgere obligantur, quartus quisque tamen horum intra fines Transylvaniae reservatur; locupletiores eorum inter equites, pauperes inter pedites militare debebunt.

IV. Proceres et Nobiles quoque senio adfecti, qui nonnisi curru ad exercitum venire valerent, sed alioquin bene possessionati reperiuntur, uti etiam talium viduae, hominem Nobilem et rei bellicae peritum loco sui ad exercitum mittere tenentur, ut qui publico bono fruuntur, publice junctis viribus etiam pro eo desudent.

V. Comites Parochiales obligati sint cum probis viris Nobilibus adminus quinque, illis ab Universitate Nobilium cujuslibet Comitatus ad hoc negotium ordinatis, tam ipsorum nomina et numerum quolibet anno in Regestrum consuetum conferre, et juxta illud Gentem Comitatus, cui praesunt, ad exercitationem adsumere, ut requirente tempore coram Universitate rationem reddere queant, quam recte hoc officio suo defuncti fuerint.

VI. Dum hujusmodi Regestrum conscribitur, debent iidem Comites et delecti Nobiles perlustrare equos, arcus, pharetras, hastas, clypeos, et reliquos apparatus bellicos hominum registratorum, ut si necessitate ingruente generalis Insurrectio sive literis Domini Wajuodae Transylvaniensis, sive ense cruento, aut alio quolibet modo velociter promulgetur, ad locum denominandum protinus convenire, et parati esse possint, indeque sub Ducatum Domini Wajvodae procedere, altero Comite cujuslibet Comitatus cum signo publico illis praeunte.

VII. Item in hujusmodi Registro haec limitatio habeatur, ut etiam tunc, quando belli generalis tempore per singula capita Insurrectio demandatur, ubi pater cum filio uno pane vescitur, pariter si duo fratres indivisi fuerint, talium unus tantum ad exercituandum ire adigatur, et si is in illo bello cadat, alter loco ejus mitti non debeat. Et haec Constitutio ad tres Nationes aequaliter extendatur.

VIII. Item pro custodia Castellorum ad publicam securitatem facientium Castellani, pro Curiis vero praecipuorum Dominorum

Magistri Curiae, cum illisve Nobiles impositi, et Jobbagiones Hungarici sanguinis, eo numero quem Comites et Nobiles ad hoc ordinati definiunt, domi relinquuntur. Sed honim quoque nomina cum nominibus quartae partis Nobilium in Regestrum inferantur, veluti ceterorum exercituantium.

IX. Tandem universum exercitum Nobilium alter Dominorum Wajvodarum, tamquam Generalis Capitaneus Transylvaniae ductabit, alter vero, si ambo fuerint simul constituti, sin vero minus, Vice Wajvoda, in his partibus Transylvanicis pro tutiori rerum statu permanebit, Wajvoda vero casu quo non existente, Dominus Vice Wajvoda Capitanei munus abibit. Sed neuter Dominorum Wajvodarum exercitum generalem Nobilium ultra metas Regni Hungariae educet, nisi casu poscente sponte Nobiles ipsi contra infideles et aemulos Sacrae Coronae exire voluerint, infra limites vero Regni de cibatu Regali Nobilium et suarum Gentium provideri curabit.

X. **Siculi, juxta suum modum antiquum, ad exercitum generalam mittere obligantur duas Gentis suae partes**, tertia ad omnes eventus domi relicta. Eorum vero convocatio ad insurgendum fiat vel **gladio sanguine tincto**, vel literis Comitum eorundem Siculorum, vel Domini Wajvodae, si is simul Comes fuerit. Dum tamen necessitas tumultum excitare cogit, **Capitanei Sedium cunctarum tympanis et Zaldobonibus, atque accensis struibus lignorum in sciundis locis Túzhalom vocatis conclamationem faciant**, et qui ad haec non concurrat, caput amittat.

XI. Ne tamen defectus vel in motione vel in bello contingat, singularum Sedium Capitanei tenentur pacis tempore, neque admodum raro, lustrationem armorum et reliquorum apparatusum peragere, quod si neglexerint, vel non obediverint mandati quisque luat teneatur

XII. Si aliqui temporis successu his declaratis constitutionibus se contumaciter opponerent, et rebellionem concitarent, non tantum bona sua amittant, sed capita etiam eorum amputentur, vel de ligno suspendantur, excitator vero, si reperietur, qui ceteros

seduceret contra Serenissimum Dominum Regem et charam Patriam, is ferro candente ad mortem ustuletur, ne gratia quidem Domini Regis in contrarium vires habente.

Praeter has, Constitutiones, quas pridem Anno 1435. in Decreto suo Serenissimus Dominus Sigismundus quondam imperator et Rex cum Regni Ordinibus edidit, nunc quoque fideliter acceptamus.

Egykorú példányról vett másolata után, melyet vele 1798. apr. 14-én Aranka György, s azon évi május 13-dikán gr. Bánffy György erd. kormányzó közölt, kiadta Kovachich, Scriptores minores II. köt. 384 — 387. lap.

CLXV.

Dengelegi Pongrácz János erdélyi vajda és székely ispán. 1464. apr. 17-dikén.

Mathias dei gracia Rex Magnifico **Johanni Pangaracij de Dengeleg** Wayuode Transsiluano et **Comiti Siculorum** (megparancsolja, hogy az erdélyi részekben jogtalanul elfoglalt birtokok ügyében az országgyűlési végzés értelmében az illetőknek szolgáltatasson igazságot). Datum Bude feria tertia proxima post festum beatorum Thiburcij et Valeriani martirum, Anno Domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo quarto.

Vizaknai Miklós és Somkerekai Erdélyi István alvajdák Tordán 1464-dik évi május 1-sején kelt átiratában megvan a gr. Kornis család levéltárában, innen vett másolata az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Diplom. Trans. Appendix. VI. köt. 143. sz).

CLXVI.

Szentgyörgyi és Bazini János gróf, erdélyi vajda és székelyek ispánja. 1464. oct. 24-dikén.

Joannes Comes de Sancto Georgio et Bozyn Wayuoda Transsiluanus et **Siculorum Comes** (megparancsolja a kolozs-monostori conventnek, hogy Medgyesfalvi Alárd Lászlót igtassa be Bogáthi András több Torda, Küküllő és Fejér vármegyei helységekbeli részjószágaiba, melyeket ez vele némely Torda és Küküllő vármegyei részjóságaiért elcserélt). Datum Thorde feria quarta proxima post festum Vndecim millia virginum A. d. 1464.

Eredetije, a hátára irt jelentéssel, mely szerint a beigtatásnak a Bogáthi család több tagja ellene mondott, a kolozs-monostori convent levéltárában. — Kivonata az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. Appendix VI. köt. 151. sz.)

CLXVII.

A kolozs-monostori convent kiváltságlevelét ad az Aranyos szék és a Toroczkai nemesek birtoka közt történt határjárásról, melyet a Toroczkaiak részéről Farnasi Veres Benedek, Aranyos szék részéről pedig Várfalvi Domokos hajtottak végre. Kelt 1464. nov. 7-én.

Conuentus Monasterij Beatae Mariae Virginis de Colosmonstra. Omnibus Christi fidelibus, tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis, Salutem in omnium Saluatore. Ad vniuersorum noticiam harum serie volumus peruenire, Quod Egregius Benedictus Veres de Farnas, ab vna, parte siquidem ex altera **Dominicus de Varfalua, in personis vniuersorum Siculorum Sedis Aranijas** ¹⁾ necnon Nobilium de Thorosko nostram personaliter accedentes presenciam, parili voce vnanimique relatu confessi sunt in hunc modum. Quod licet inter ipsos Siculos Sedis Aranijas et Nobiles de, Thorozko, racione et pretextu metarum ipsorum dudum fuisset lis

¹⁾ Itt jön elő legelőször oklevelesen az **Aranyos szék** (Sedes Aranijas) név.

et controuersionis materia mota et exorta, Tamen ordinacione dispositione nonnullorum proborum et Nobilium virorum, puta Egregij Stephani Erdelij de Somkerek Vicewaiuode Transsiluani, qui per Magnificum Johannem Panghrach de Dengelegh Vayuodam Transsiluanum Judex in infrascriptis Reambulacionibus metarum deputatus fuisset, Item Nicolai Erdelij de eadem Somkerek, Michaelis Zekel de Zent Iwan, alterius Michaelis de Gerend, Stephani Mijske de Chiestwe, aliorumque quamplurimorum proborum inter ipsas partes interuenientium, ad talem pacis et concordie deuenissent vnionem, vt ijdem probi et electi viri praefatos Benedictum Weres pro parte Nobilium de Thorozko, Dominicum vero de Warffalwa, (pro parte) vniuersorum Siculorum praedictorum, erectionis et Reambulacionis metarum inter praenotatos Siculos Sedis Aranijas, et Nobiles de Thorozko Reambulare commisissent, ipsique Benedictus Weres et Dominicus de Warffalwa ipsas Reambulaciones metarum, primo incepissent a fluuio Aranijas, et de eodem fluuio Aranijas, vbi aqua **Apathewrenije** ¹⁾ nuncupatur, esset vnus magnus lapideus mons vlgo **Kewzjzrth** ²⁾ et in eodem Kewzjzrth duas metas nouas erexissent, quarum vnam a parte orientali Siculis Sedis Aranijas, aliam vero Nobilibus de Thorozko, Et de Apathewrenije eundo precise et directe ad vnam magnam Aciem videlicet ad vnum altum **Chwp** ³⁾, vbi iterum duas metas nouas erexissent, quarum vnam a parte occidentali Nobilibus de Thorozko, Aliam autem a parte orientali seperantes, Siculis de Aranijas, Deinde procedendo ad vnum **El** ⁴⁾, vbi vnam metam cursualem erexissent, dehinc modicum flectendo ad partem orientalem ad quandam syluam, ibique iterum vnam metam cursualem cumulassent, Abindeque, directe infra eundo ad vnum **Patak** vbi duas metas terreas et nouas, quarum vnam a

¹⁾ A hiteles másolatban így áll; e helynév **Apát örvényé**-nek olvasandó. Ez annyival biztosabb, mert éppen ezen a ponton, hol Aranyos szék határa s toroczkaí határral érintkezni kezd, az Aranyos folyó szorosának örvénye mellett egy kőszirtet máig is **Örvénykő**-nek hívnak. Lásd: **Orbán Balázs, Székelyföld V. köt. 196. l.**, ki oklevelünk e helynevét hibásan értelmezi **Apatörvényé**-nek.

²⁾ **Kewzjzrth** = **kőszirt**, a föntebbi jegyzetünkben leirt mai **Örvénykő**.

³⁾ **Chwp** = **csúp**, Erdélyben igen használt szó; Magyarország nagyobb részében **csúcs**.

⁴⁾ **Él**, tudniilik hegy **él**-e.

parte orientali penes riuulum Siculis Sedis. Aranyas, aliam vero a parte occidentali Nobilibus de Thorozko separantes erexissent, Dehinc semper supra gradiendo super eundem Riuulum Patak, vsque ad locum **fejragijagoskewes** ¹⁾ ibi vnam metam cursualem erexissent, Inde flectendo versus lapidem Castrum ad unum **Kapws**, ubi duas metas nouas terreas, quarum unam a parte orientali Siculis Sedis Aranyas, aliam vero a parte orientali separantes Nobilibus de Thorozko, erexissent, et de eodem kapus gradiendo ultra **ad latus maximi montis videlicet kewzjzrth, qui mons Warkeöue precise supra Ciuitatem Thorozko adiaceret** ²⁾, super cuius aciem seu dorsum per longum satis versus plagam orientalem eundo, vsque dum ad quandam metam domini Episcopi Transyluanensis et dominorum Capituli Albensis peruenissent, Ibique Reambulaciones et erecciones metarum praedictorum vniuersorum Sicularum et Nobilium de Thorozko terminassent. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam, praesentes litteras nostras priuilegiales pendentis et autentici Sigilli nostri munimine roboratas, duximus concedendas. Datum feria Quinta proxima post festum Diuisionis Apostolorum, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Quarto.

A kolozs-monostori convent 1623. nov. 7-dikén kelt hiteles átiratából, mely eredetiben megvan azon convent levéltárában (Sedes Aranyos. Fasc. A. nro 8.) — Maga az 1464-diki eredeti példány a gyula-fejérvári káptalan levéltárában van. Lásd: Nemzeti Társalkodó 1832. I. 406. l.

¹⁾ Fejér-agyagos-köves.

²⁾ Orbán Balázs e. h. 188. I. félre vezetve Gál László által, ki ezen oklevél töredékét **Nemzeti Társalkodó 1832. I. köt. 407. 408. l.** közölte, valamint gr. Kemény József hibás másolata által (**Diplom. Trans. Supplem. VI. 116.**) az oklevelünkben másodszer előjövő **kewzjzrt** szót **Kengürth**-nek olvassa, s azt állítja, hogy a Toroczko fölött emelkedő Székelyköt, melyet oklevelünk **Várkövé**-nek nevez, s melynek csúcsa ma is **Vár sziklája** nevet visel, régen **Kengürth**-nek hitták, mi mint látjuk teljességgel nem áll.

CLXVIII.

Dengelegi Pongrácz János erd. vajda és székelyek ispánja. 1465 febr. 11-dikén.

Joannes Pongracz de Dengeleg Waijuoda Trassiluanus et **Siculorum Comes**, (megparancsolja a kolozs-monostori conventnek, hogy Veresmarti Geréb Pétert igtassa be a Küküllő vármegyei Dombó helységbe). Datum in Cluswar feria secunda proxims post festum Scholastice virginis A. d. 1465.

Eredetije, melynek hátára föl van jegyezve a többek részéről történt ellenmondás, a kolozs-monostori convent levéltárában, kivonata az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Diplom. Trans. Appendix VI. köt. 157. sz.) — Hogy Dengelegi Pongrácz János 1466. sept. 1-sején már nem volt erd. vajda és székelyek ispánja, kitetszik Nádasdi László és Illyei János erd. alvajdák ezen nap kelt leveléből, melyben „Johannes Pongarach de Dengelegh alias Wayuoda Transsylvanus” emlittetik. E levél eredetije a k.-monostori conventben, másolata az erd. Muzeumban (e. h. Appendix VI. köt. 162. sz.)

CLXIX.

Mátyás király megparancsolja az Aranyos, Maros, Udvarhely, Csík és Gyergyó széki székelyeknek, hogy az erdélyi püspök részére járó dézmájokat, ne ujonnan behozott rossz szokásuk szerint tizenhatoddal, hanem a régi törvényes szokás szerint fizessék. Kelt Budán 1466. jun. 27-dikén.

Commissio propria domini Regis.

Matthias dei gracia Rex Hungarie etc. Fidelibus nostris vniuersis et singulis **Siculis in Sedibus Aranyos, Maros, Uduarhely, Chyk et Gyurgyu commorantibus** Salutem et gratiam. Exponitur nobis in persona fidelis nostri Reuerendi in Christo patris domini Nicolai Episcopi Ecclesie Albensis Transyluane querulose, quomodo

vos decimas e medio vestri et bonorum vestrarum eidem domino Episcopo et dicte ecclesie sue prouenire debentes eidem non secundum antiquas libertates et consuetudines dicte ecclesie sue, sed introducentes quandam malam consuetudinem, eidem domino Episcopo sedecimam partem rerum vestrarum decimari solitarum solueritis, Vnde supplicatum est nobis in persona eiusdem, vt sibi circa premissa de remedio oportuno prouidere dignaremur. Et quia nos volumus, vt huiusmodi decime eidem domino Episcopo et ecclesie sue prouenire debentes, secundum antiquam consuetudinem alias obseruatam ipsi domino Episcopo et ecclesie sue soluantur, ideo fidelitati vestre et cuilibet vestrum harum serie firmiter mandamus, quatenus a modo in posterum predictas decimas e medio vestri, vt prefertur, dicto domino Episcopo et dicto sue ecclesie prouenire debentes, obmissa noua consuetudine vestra, secundum antiquam consuetudinem alias obseruatam, ipsi domino Episcopo et ecclesie sue prefate cum effectu soluere debeatis ¹⁾, Alioquin commisimus et presentibus striccius committimus fidelibus nostris Magnificis Wajuodis et Vice Wayuodis parcium Regni nostri Transsiluanarum, ac Comitibus vestris, vt quociens sua parte superinde inuocantur, vos et quemlibet vestrum ad premissa per grauamina vestra arcus compellant et adstringant, authoritate nostra ipsis presentibus in hac parte attributa et iusticia mediante. Secus ergo non facturi, Presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Bude in festo beati Ladislai Regis et Confessoris Anno domini Millesimo quadringentesimo sexagesimo sexto, Regni nostri Anno nono, coronacionis vero tercio.

Eredetije a gy-fejérvári káptalan levéltárában (Cista Capitularis Fasc. I. Nr. 20.) — Hézagosan és hibásan kiadta Szeredai Series Episcop. Trans. 163. I. valamint Nemzeti Társalkodó 1830.163. I. — Jobban kiadta Batthiany, Leges Eccles. Tom. III. 526. lap.

¹⁾ Ezen parancs, mint látjuk, Aranyos, Maros, Udvarhely, Csík és Gyergyó székekre szól, s nem terjed ki Sepsi, Kézdi, Orbai és Miklósvár székekre. Ennek oka nem egyéb, mint hogy ez utóbbi székek nem tartoztak az erdélyi püspökséghez, mert a milkói püspökség területének egy részét képezték.

CLXX.

Szentgyörgyi és Bazini János gróf, erdélyi vajda és székely ispán, a Sepsi, Kézdi és Orbai széki székelyek Zabolán tartott közgyűlésének végzéseit megerősíti és kiadja. Kelt Zabolán 1460.

..... Regia Serenitas considerans, fideles suos **Siculos** in confinibus regni sui parcium Transsiluanarum, **Sedibus videlicet Kyzdy, Orbai et Sepsi commorantes**, per Pociores in eorum medio existentes, multifarie multisque modis nimio oppressionis grauamini esse deditos, ac de eorum proprijs legibus et iuribus ab antiquo per diuos inclyti Regni Vngarie Reges eisdem graciose collatis et approbatis per pretactos Pociores penitus eictos et euulsos, compaciensque ipsorum miserie ac oppressionibus, quibus ijdem per eosdem pociores angariabantur, precipiensque Sua Serenitas, vt ipsos perpetua et antiqua solidemus libertatum prerogatiua, quo et altissimo Deo graciaram acciones et Regie Serenitati perpetue fidelitatis valeant exhibere seruitutem

..... Item compositum est, vt quemadmodum duodecim Jurati in Sede Kyzdy sunt constitui, ita et in alijs prescriptis duabus Sedibus ¹⁾ duodecim Jurati eligantur, quorum dualitas **de Senioribus** ²⁾, dualitas vero **ex communitate** ipsorum constituentur ad discernendas et diffiniendas in medio eorum omnium causancium causas, qui per curriculum et reuolucionem vnus anni integri in huiusmodi honore

persistant, et sic singulis annis se se sequentibus Jurati ipsorum mutati, si opus fuerit, constituentur, vbi et **Primipilus siue Capitaneus**, necnon **Judex terrestris**, sed et **Regius Judex** dictarum Sedium tempore suo intersit ³⁾. Si fortasse Jurati

¹⁾ T. i. Sepsi és Orbai székéből.

²⁾ A **seniores** alatt az **előkelők** (Seigneurs) értendők, ellentétben a **községgel** (communitas-sal).

³⁾ Ezen végzéssel egyezőleg egy primipilus (lófő) vagy kapitány, a szék birája (Judex terrestris) és a királybíró (Judex regius) jelenlétében tartotta Három szék már **1407**-ben törvényszéki közgyűlését. Lásd föntebb **LXXXVIII. szám a.** — Maros szék hasonlólag tartott törvényszéki közgyűlésének ítéletét 1451-ből lásd **CXXXIII. sz. alatt.**

ipsi propter mentis ipsorum obtusitatem et animi debilitatem causam alicuius recto iuris tramite adiudicare ignorarent, extunc pars de eorum iudicio non contentans ad Sedem Odwarhely sub prouocationis et appellacionis via, tandemque si voluerit, Comitem Siculorum, et ex post Regie Serenitatis presenciam more in hac parte antiquitus obseruato transferre possit

Si quem ex Juratis constitutis vel constituendis iura alicuius scienter occultare seu falsificare intellexerint, habita prius superinde veritatis inquisicione, communi Regnicolarum voto dignus sit **excoriacionis** crimine condemnari, et **cutis eius straminibus impleri** ¹⁾).

Statuimus vt quicumque dictorum Siculorum hanc nostram ordinacionem retractare attentauerit, ita videlicet, vt communitatem ipsam rursus in seruitutem pristinam redigi voluerit, extunc offensus seu damnificatus Juratis ipsis hoc narrare debeat, Jurati tandem ipsi Comiti Siculorum scire dare debeant, ipse vero Comes talem vel tales capitibus rebusque et bonis vniuersis priuare debeat absque spe gracie.

Igy adja ezen rendkívül nevezetes oklevél részleteit magából az eredetiből Eder, *Observationes ad Hist. Transsilvaniae. Cibinii 1803.* 210—211, 248—246, 266 és 270—271. l., azt is megjegyezvén 266. l., hogy ezen végzések egyik pontjában kezök és szemeik elvesztésére ítéltettek azok, a kik hadjárat közben a lakosoktól erőszakkal vennének el élelmi szereket. — Ugyanő 129. l. ez oklevélről azt írja, hogy abból kitünik, miszerint Hunyadi János kormányzó ünnepélyes levélbe foglalva kiadta a székelyek jogait és törvényeit. — Ez utóbbi oklevél, melyet birnunk igen tanulságos lenne, irodalmunkban még eddig ismeretlen. — Eder e. h. 210. l. ez oklevelet úgy említi, mint a melyben János erd. vajda az összes

¹⁾ A hamis lelkű biráknak e kegyetlen büntetéssel, t. i. megnyúztatással és bőrük szalmával való kitömésével való fenyegetése mutatja a kor vad erkölcsseit, de egyszersmind a birák által elkövetett visszaéléseket is, melyek a közgyűlést ily kemény büntetés kimondására indították.

székelység gyűlésének végzését adta ki; előttem azonban már maga a kelet helye (Zabola, Háromszéken) valamint az a körülmény is, hogy az oklevél csak Sepsi, Kézdi és Orbai székek törvénykezésének rendezéséről szól, csak nem bizonyossá teszi, hogy ezen végzések csupán Három szék közgyűlésében keltek és adtak ki.

CLXXI.

A kolozs-monostori convent bizonyítja, hogy előtte egy részről több megnevezett főnemesek és előkelő szászok, más részről a székelyek között Medgyesfalvi Alárd László, Nagylaki Márton, Thoroczkai Illyés, Haranglábi Péter, Sepsi széki Borosnyai Péter, Csík széki Thárkányi Bálint, Maros széki Szövérdi Bálint és Székely Máté személyesen megjelenván, az erdélyi részek és egész Magyarország elnyomott szabadságai védelmére és visszaállítására Mátyás király ellen szöveterkeztek, Szentgyörgyi és Bazini János és Zsigmond grófokat és Monyorókereki Elderbach Bertholdot, erdélyi vajdákat és székelyek ispánjait, s Szapolyai Imre és István szepesi grófokat igazgatóikká és előljáróikká választották, s nekik eskü alatt hűséget és engedelmisséget fogadtak. Kelt 1467. augusztus 18-án.

Conuentus Monasterij beate Marie virginis de Clusmonostra. Omnibus christi fidelibus tam presentibus quam futuris presens scriptum inspecturis Salutem in omnium saluatore. Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum harum serie noticiam volumus peruenire. Quod egregij Nobiles viri, Ladislaus senior Desewfi de Losoncz, Michael de Swle Benedictus weres de farnas Michael de gerend Martinus de Iklod Stephanus Erdelij de Somkerek et Petrus de Hoziwazo. Item Nobiles ac Prudentes et Circumspecti viri Nicolaus de vizakna nec non Ladislaus Judex de Zazwaras, Gaspar Dor de Megyes Laurencius perezswthew Iudex de Brassouia Anthonius paruus ¹⁾ de eadem Petrus Thewrek de Bystricia similiter in ipsorum ac singulorum Saxonum quarumlibet Sedium Saxonicalium nominibus et in personis ab vna **parte siquidem ab altera Agiles**

¹⁾ Finihaber kiadásában Anthonius **puns** (?) áll. A kérdéses név az eredetiben rövidítve irt **paruus** szónak olvasandó.

vir Ladislaus Alard de Megyesfalwa Martin us de Naghlak, Elyws de Thoroczko Georgius de haranglab Petrus de Borosnyo de Sede Sepsy Valentinus de Tharkan de Sede Chyk alter Valentinus Zwerdi et Matheus Zekel de Sede Maros nostram personaliter venientes in presenciam per eosdem spontanea eorum voluntate confessum extitit in huncmodum pariter et relatum. Quod ipsi visis et perceptis ipsorum ac tocius Regni Hungarie oppressionibus Molestijs et erumpnijs quibus ex diruicione et abolicione priuilegiorum per diuos Reges Regni Hungarie consequenterque Serenissimum Regem dei gracia eiusdem Regni Hungarie concessorum per ipsum dominum Mathiam Regem pene oppressi existerent et vsque ad vltimam deuenissent desolacionem concordi voto parique consensu et voluntate, propiciacione diuina fauente libertates et prerogatiua ipsorum et tocius Regni Hungarie contra quoslibet cuiuscunque generis Lingwagij status condicionis et preeminencie homines volentes manutenere defendere et conseruare et contra hos qui contra premissa obstare contradicere et operare machinarentur in manu forti iuxta eorum possibilitatis exigenciam procedere, tamdiu donec auxilio diuino huiusmodi prerogatiua et libertates ipsorum ac tocius Regni Hungarie in suum bonum et felicem statum coadunare et restaurare possent. Spectabiles et Magnificos dominos Johannem et Sigismundum Comites de Sancto Georgio et Bozin nec non Pertholdum Elderbach de Monyorokerek Wayuodas Transsiluanos Siculorumque Comites ac Emericum et Stephanum terre Scepusiensis similiter Comites in eorum directores et antecessores elegissent speciales, certa obligamina infra declaranda, eisdem inuiolabiliter et inconcusse obseruare promittentes. ymo promiserunt et obligarunt se coram nobis Primo Quod ipsi Regnicole ipsarum parcium Transsiluanarum fient obedientes et consencientes voluntati pretactorum dominorum directorum et antecessorum, fratrum atque amicorum ad eos in presenti negocio adherencium contradiccionem absque aliquali adinuenta, ad conseruandum ipsorum necnon tocius Regni Hungarie ac prelibatorum dominorum antecessorum, ad eosque pertinencium libertates. Et quod vnicique Regnicolarum ijdem domini directores, secundum consuetudines et Jura dictarum parcium Transsiluanarum iustitiam administrandi habeant potestatis facultatem. Eciam habeant auctoritatem leuandi ipsos Regnicolas

prefatarum parcium Transsiluanarum iuxta necessitatem contra quoscunque inimicos in hoc negocio contingentes ad quascunque partes secundum libertates eorum. Et iterum Quod si contra potentiam Regis fieret conflictus in campo cum dictis antecessoribus et directoribus fratribusque suis ac in hoc negocio ipsis adherentibus si fuerit opportunum in eorum auxilium prout forcius et melius poterunt aduenire, promiserunt se pugnatueros pro conseruandis prefatarum parcium Transsiluanarum ac tocius Regni Hungarie libertatibus. Item Quod fumales florenos sicuti dicarum disposerint ad manus ipsorum antecessorum et directorum assignare sponponderunt Item Quod treugam pacis fedus et pactum quodcumque sub quocumque colere absque consensu et voluntate prelibatorum dominorum antecessorum seu qualiscumque modi concordiam cum quocumque homine inire nolunt nisi parcium concurrat assensus. Item Quod si contingeret tempore medio racione presentis negocij aliquem dictorum dominorum antecessorum fratrum aut in hoc negocio eis auxiliancium Castrum vel castra Ciuitates Opida et villas ac quascunque hereditates perdere et amittere, interim quousque omnia illa redderentur et restaurarentur, cum nemine pacem facient donec omnia illa effectualiter recuperentur. Interim si contingeret aliquem vel aliquos predictarum parcium Transsiluanarum in captiuitatem inimici labi vel quocumque periculo preueniri, pactum per talem vel per tales infringi minime queant, Et quod nemo Regnicolarum ipsorum ad cuiuscumque Iudicis siue spiritualis siue Secularis mandatum ab ipso negocio se eximere possit nisi vsque finem perseuerare. Item quod nullum innouacionem pacis vel guerre, absque voluntate et consensu pretitulorum dominorum antecessorum seu directorum suorum ipso motu excitare volunt, preter consensum eorundem. Item quod si contigerit ad finalem decisionem et conseruacionem presentis negocij, ut ipsi antecessores et directores ipsorum cum presenti pecunia, quam nunc dant et prouentibus Regalibus in partibus Transsiluanis manibus dictorum antecessorum assignatis, in effectum producere nequirent, extunc ipsis congregatis in vnum **tam nobiles Saxones et Siculi** parcium Transsiluanarum, vnanimi inito consilio maturo et deliberato, teneantur cis antecessoribus secundum arduam necessitatem Regni auxilium prout rei extunc arduitas requireret prebere cum sumptibus et pecunijs.

Si vero aliqua parcium recusaret alie duc partes arceant ad exequendum eam partem, recusantem, pro libertatis pacifica conseruacione, et rectificacione. Item insuper Quod vsque ad finalem et effectuaalem determinacionem presentis incepti negocij pro libertatibus Regni ab ipsis dominis antecessoribus suis necnon fratribus eisque in presenti negocio adherentibus seu partem tenentibus per nullam viam, quam humanus intellectus posset capere nec timore amicicia dolo fraude vel dono atque amore quoque declinabunt sed cum omnibus viribus conatibus Capitibus et rebus, cum eis firmiter stabunt, et ipsis adhibebunt, quod absit eciam cum amissione omnium premissorum factum presens exequentur, cum cunctis laboribus fatigijs et expensis atque sumptibus, et si contigerit, aliquem iam dictorum antecessorum suorum in conflictu aut alias quod deus auertat morte preoccupari propter hoc negocium presens continuitur, et ex eo ab alijs fratribus antecessorum non se auertent, sed cum eis finaliter perseuerabunt. Et quod hec omnia premissa et queuis premissorum singula per ipsos Regnicolas nominatos, prelibatarum parcium Transsiluanarum obseruentur et obseruari debeant, fide ipsorum bona christiana mediante iuxta vim et formam Registri Juramentalis pro prenarratis dominis antecessoribus et directoribus suis fratribusque ipsorum obligarunt coram nobis Cuius quidem Registri Juramentalis tenor Is est, Sic nos deus gloriosus ac intemerata virgo Maria eius beatissima genitrix et omnes electi dei adiuuent conseruent viuificent et auxilientur, at vt dominus noster yesus christus intercessione beatissime virginis Marie et omnium sanctorum Sacratissimum dominicum corpus in mortis articulo prestet nobis et finem bonum tribuat, Subitaneaue et improuisa morte nos et heredes nostros pariter non deserat ac fides nostra christiana qua baptismum suscepimus nobis ita auxilietur, vt omnia premissa sine dolo et fraude qualitercumque excogitata et adinuenta astucia firmiter fideliterque mutuo obseruabimus vsque ad determinationem huius rei et facti suprascripti quod si autem nos huiusmodi contractum mutuum in toto vel in parte infringere attemptaremus vel ipsum non obseruaremus quoquomodo extunc nos propter non ipsius contractus obseruacionem in fidei nostre christiane confraccionem ac honorum et humanitatum amissionem conuincamur et conuinci debeamus eo

facto nosque de talismodi contractus obseruacione et promissionis reintegracione a duabus personis ecclesiasticis publice requiramus et amoneamur, et si obseruare, reintegrare, reformare et Iesum contentare noluerimus extunc absque omnis litis et vltioris requisicionis strepitu Sentenciam maiorem excommunicacionis agrauacionis reagruacionis et brachij Secularis incurramus et a dominis Archiepiscopis Episcopis prepositis Abbatibus presbiteris aut quibuscumque ecclesiasticis personis, excommunicemur et singulis locis excommunicati denunciemur. Superindeque nec a Sede apostolica neque alia quacumque dignitate gratiam et releuamen absolucionis optinere possimus nec valeamus Et si optinuerimus vel optineremus nichil nobis suffragetur; sed perpetue infamie nigridine corrumpamur. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales appensione Sigilli nostri autentici munitas duximus concedendas. Datum feria tertia proxima post festum Assumptionis beatissime Virginis Marie Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Septimo.

Eredetiye pergamenen a bécsi cs. kir. levéltárban. Kiadta Firnhaber Fridrik, Notizenblatt der k. Akademie der Wissenschaften in Wien 1852. 197 — 199. l.

CLXXII.

Csupor Miklós erd. vajda, székeleyek ispánja és a kir. hadak főkapitánya, megparancsolja az Aranyos széki székeleyeknek, hogy nemes Fejes Jánost, kit ispánjokká nevezett és rendelt, tisztelettel fogadják, neki engedelmeskedjenek, s a részükről járó jövedelmeket és birságokat senki másnak, hanem neki vagy megbizott emberének szolgáltatassák át. Kelt Szászvároson 1469. június 20-dikán.

Nicolaus Chupor de Monozlo, Wayda Transsiluanus, et **Comes Siculorum** necnon Supremus Capitanus Gencium Regis, Vniuersis et singulis, **Siculis, In Sede aranijas vbique existentibus**, Salutem cum fauore, Quia nos **Nobilem Johannem feyes** pro suis seruicijs in medio vestrj, quo, ad partem scilicet nostram **in vestrum Comitem eligauimus, et deputauimus**, Committimus igitur, vestris, dileccioni-

bus firmissime, quatenus, visis statim presentibus, eundem Johannem feijes, tamquam personam nostram, in vestrum Comitem, honore quo deczet acceptare, eidemque in omnibus licitis et consuetis obedire, prouentusque eciam scilicet et Birsagia de medio vestri prouenire debencia, eidem aut homini suo per ipsum ad Id deputato, at nemini alio, dare et amministrare debeatis et teneamini. Secus nequaquam facturj presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum in Wrasio die dominico aute festum sancti Johannis Baptiste Anno domini Millesimo Quadringentesimo lxmo Nono.

(P. H.)

Eredetije papiron Várfalvi Nagy János birtokában Kolozsvártt. — A zöld viaszba nyomott pecsétnek csak helye látszik.

CLXXIII.

Rédei János erdélyi alvajda megparancsolja az Aranyos széki székelyeknek, hogy miután Monozslai Csupor Miklós erdélyi vajda és székelyek ispánja ezen szék kapitányságát, tetszéséig, házi emberének nemes Fejes Jánosnak adományozta, Fejes János pedig maga helyett házi emberét Ambrúst, e levél előmutatóját küldötte közzéjük, attól hallgassanak és annak engedelmeskedjenek. Kelt Búzában 1469. július 18-dikán.

Johannes de Rede Vicewaijuoda Transsiluanus etc. Vniuersis et singulis **Agilibus viris Capitaneis Senioribus ac Judicibus terrestris** ¹⁾ **ceterisque Siculis in Sede Aranijas commorantibus** et existentibus, Salutem cum fauore, Noueritis quod Magnificus dominus Nicolaus Chwpor de Monozlo Wayuoda. Transsiluanus Comesque Siculorum, dominus scilicet noster graciosus, scribit nobis, vt sua Magnificencia **honorem Comitatus Sedis predictae, durante suo beneplacito Nobili Johanni Feyes familiari suo dedisset et contulisset** ipseque Johannes feyes in persona sua hunc Ambrosium familiarem suum presencium scilicet ostensorem vestri in medium deputauit, igitur harum serie requirimus vos Nichilominusque in persona di-

¹⁾ Igy, **terrestribus** helyett.

ctj domini nostri firmiter committimus et mandamus vobis, quatenus, Amodo imposterum erga prefatum Ambrosium familiarem dicti Johannis feijes audire et consentire, eidemque in omnibus licitis et consuetis obedire et obtemperare debeatis et teneamini, Et si quid molestie aliunde vobis eueniret, non alios nisi nos Inuenire velitis, Secus ergo non facturi in premissis, Presentibus perlectis exhibenti restitutis, Datum in Bwza die dominico proximo post festum diuisionis Apostolorum, Anno domini Millesimo quadringentesimo Sexagesimo Nono.

(P. H.)

Eredetije papiron zöld viaszba nyomott csaknem ép pecséttel, az erd. Muzeumban. (Jos. Com. Kemény Diplomatarium Autographum Tom. II.)

CLXXIV.

Mátyás király Aranyos széket minden eddig a magyar királyoktól nyert szabadságaiban és régi jogaiban megerősíti. Kelt Budán 1469. nov. 9-dikén.

Commissio propria dominij Regis.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie Bohemje etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis, Quod nos tum ad nonnullorum fidelium nostrorum, humillime supplicacionis instanciam, per eos pro parte fidelium nostrorum **vniuersorum Siculorum in Sede Aranijas vocata commorancium**, nostre propterea porrecte Maiestati, tum vero consideratis fidelitate et seruicijs, eorundem Siculorum nostrorum, per eos nobis exhibitis et Corone, Eosdem Siculos dicte Sedis Aranijas in omnibus eorum libertatibus et Antiquis Iuribus, tam per diuos Reges Hungarie, nostros scilicet predecessores, quam per nos ipsis datis et concessis, duximus tenendos, ymmo tenemus et teneri volumus, presencium per vigorem. Quocirea vobis fidelibus nostris Magnificis Wayuodis vel vice Waiuodis nostris Transsiluanis, ac **Comitibus vel vice Comitibus Siculorum nostrorum** nunc constitutis et in fu-

turum constituendis, harum serie firmiter mandamus, quatenus, Amodo in antea prefatos Siculos dicte Sedis in omnibus eorum libertatibus et Iuribus, tam per diuos Reges Hungarie, quam per nos ipsis datis et concessis, tenere et conseruare debeatis. Nec secus facere presumpmatis. Presentibus perfectis exhibenti restituti. Datum Bude feria Quinta proxima ante festum beati Martini Episcopi et confessoris. Anno domini Millesimo Quadringentesimo Sexagesimo Nono, Regni nostri Anno duodecimo, Coronacionis vero sexto.

Eredetije pergamenen, veres, kék és zöld selyem sinórról függő csaknem egészen ép pecséttel a kolozs-monostori convent levéltárában (Sedes Aranyos. fasc. A. nro 5.)

CLXXV.

Mátyás király megparancsolja az erdélyi vajdának, és alvajdának s minden egyházi és világi biráknak, hogy, miután Hetényi Fejes János Csupor Miklós erdélyi vajdával Morvaországban az eretnek csehek ellen hadjáraton van, minden ellene indított vagy indítandó perben adjanak neki haladékat. Kelt Budán 1470. jan. 8-án.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris Magnificis Wayuodis, vel Vice Wayuodis parcium regni nostri Transsiluanarum, et alijs quibusuis Iudicibus, et Iusticiarijs regni nostri ecclesiasticis videlicet et Secularibus presentes visuris, Salutem et gratiam. Quia fidelis noster **Johannes Fejes dictus de Heetheen**¹⁾ vnacum fideli nostro Magnifico Nicolao Czuror Wayuoda nostro Trassiluanensi domino videlicet suo, in seruicijs nostris, et Regni in Morauia contra Bohemos et hereticos existit occupatus, debebitque in eisdem certa tempora occupari, et ob hoc prosecucionì causarum suarum coram vobis, vel alterum vestro

¹⁾ Hetényi Fejes János ekkor Aranyos szék ispánja volt. Has. föntebb CLXXII. és CLXXIII. alatt.

motarum, vel mouendarum commode attendere, et interesse nequit, Ideo fidelitati vestre, et cuiuslibet vestrum firmiter mandamus, quatenus receptis presentibus vniuersas et quaslibet causas annotati Johannis coram vobis, vel altero vestrum motas, vel mouendas, ad reditum eiusdem ad partes illas absque omni grauamine et variacione aliquali differre et prorogare debeatis. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restititis. Datum Bude feria secunda proxima post festum Epiphaniarum domini, Anno eiusdem Millesimo quadringentesimo septuagesimo, Regni nostri anno duodecimo, Coronacionis vero tercio.

(P. H.)

A gr. Kornis család levéltárában lévő eredetiből gr. Kemény József által vett másolata megvan az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. Appendix VI. köt. 226. sz.), a Huszti András másolatáról vett másolat megvan, U. o. 233. sz.)

CLXXVI.

Mátyás király megparancsolja az erdélyi vajdának és alvajdának, hogy a székely-vásárhelyi lakosokat törvénytelenül megzálogolni ne merjék, hanem a kiknek ellenök keresetük van, azt a város tanácsa előtt törvényesen keressék. Kelt Budán 1470. apr. 18-án.

Commissio propria domini Regis.

Mathias dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris Magnificis **Johanni Pangracz de Dengeleg et Nicolao Chwpor de Monozlo Wayuodis nostris Transsiluanensibus et Comitibus Siculorum nostrorum**, eorumque vicevayuodis et vicecomitibus, Salutem et gratiam, Exponitur nobis in personis, Circumspectorum Judicis Juratorumciuium et tocius communitatis **Oppidi nostri Zekelwarsarhel** querulose. Quomodo vos ipsos, ad instanciam aliquorum, sine omni via Juris in Juste diuersimode impediretis, nonnulli eciam essent Jobagiones vestri et alterius status homines, qui ab eis in iuste et non petita prius, a Judice eorum Justicia, vagia reciperent in preiudicium ipsorum, et dampnum valdemagnum, Et quia

nos sicuti neminem Regnicolarum nostrorum, sic nec prefatos exponentes per quempiam iniuste oprimi volumus. Ideo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus, receptis presentibus, rebusque premissomodo stantibus prefatos exponentes, minusiuste impedire debeatis, nec vagia eorum iniuste per quempiam recipere sinatis, Sed si quitcumque accionis contra eosdem exponentes aliqui habere sperant, coram Iudice et Juratiscuiibus annotati Oppidi Zekelwasarhel prosequantur Juris ordine,
 Judicium et Justiciam administrabunt, prout dictauerit ordo Juris Secus non facturi Et hec volumus eciam per futuros Wayuodas et Comites et Vicecomites inuiolabiliter obseruari presentibus perlectis exhibenti restitutis Datum Bude feria quarta proxima post dominicam Ramispalmarum Anno domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo. Regni nostri Anno tredecimo. Coronacionis vero sexto.

(P. H.)

Eredetije M. Vásárhely város levéltárában.

CLXXVII.

Mátyás király megparancsolja Dengelegi Pongrácz János és Monozslai Csupor Miklós erdélyi vajdáknak, hogy Maros széki Mező-Madaras, Kölpény és Sámsond helységek összes székely lakosait, azon szék régi szokásának megtartásával, igtassák be a Lekencze nevű halastó birtokába. Kelt Budán, 1470. dec. 2-dikán.

Mathias dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris Magnificis **Joanni Pongracz de Dengelegh et Nicolao Chupor de Monozlo Wayuodis nostris Transsiluanis et Comitibus Siculorum nostrorum**, eorumque vices gerentibus salutem et gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum **vniuersorum populorum et Inhabitorum Siculorum possessionum nostrarum Mezewmadaras Kewlpen et Samsond vocatarum in et sub Sede Maros nuncupata existencium** ¹⁾ quomodo ipsi in dominum cuiusdam **piscine Leken-**

¹⁾ **Mező-Madaras, Kölpény** és **Sámsond** egymással szomszéd falvak Maros szék mezőségi részében.

cze vocate ¹⁾ intra metas dictarum possessionum nostrarum existentis, ipsos omni iuris titulo concernentis, legittime vellent introire Super quo fidelitati vestre mandamus, quatenus receptis presentibus, **seruata consuetudine illius regni nostri et dicte Sedis in talibus fieri solita**, prefatos populos et inhabitatores prescriptarum possessionum nostrarum Mezewmadaras, Kewlpen et Samsond, in dominium eiusdem piscine Lekencze introducere, et eandem eisdem statuere, factaque statucione ipsos in dominio eiusdem contra quoslibet impetitores illegitimos defensare debeatis, autoritate nostra presentibus vobis in hac parte attributa, et iusticia mediante, Si vero quipiam contradiccione obuiauerint, inter eosdem contradictores et prefatos populos et inhabitatores prenominatarum possessionum nostrarum in facto ipsius piscine iudicium et iusticiam administretis, prout dictabit ordo iuris. Et si que parcium de huiusmodi iudicio vestro contradicere voluerit, extunc causam cum tota serie adiudicacionis ipsius vestre in Curiam nostram Regiam, nostram scilicet personalem in presenciam, nostre et prelatorum ac Baronum nostrorum discussioni et deliberacioni transmittatis, partibus predictis coram nostra personali presenciam comparendis terminum vestris in litteris prefigendo congruentem. Secus non facturi, presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum Bude die dominico proximo ante festum beate Barbare virginis, Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo, Regni nostri anno decimo tercio, Coronacionis vero septimo.

Az eredetiről vett másolata Huszti András Wayuodae Trans, cz. kéziratában az erd. Muzeumban; innen vett másolata ugyanott, Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. Appendix VI. köt. 231. sz.

¹⁾ A **Lekencze** tava az a tó Mező-Sámsond, Mező-Kölpény és Mező-Madaras helységek határában, melynek halászati jövedelmét ezen három falu máig is közösen bírja. E tó bizonyosan a hasonló nevű pataktól vette nevét, melynek partján az említett három falutól éjszakra fekszik **Kis-Lekencze** falu, melynek a maig is lekenczei tónak nevezett tóhoz semmi birtokjoga nincs. Lásd: **Benkő Károly. Maros szék 348. 349. I. és Orbán Balázs, Székely föld, VI. köt. 199. I.**

CLXXVIII.

Mátyás király megparancsolja a gyula-fejérvári káptalannak, hogy az erdélyi szent-királyi klostromban lévő Remete Sz. Pál rendi szerzeteseket igtassa be néhai Toldalagi András Toldalagon Torda vármegyében lévő részjóságába, melyet az végrendeletében az említett szerzeteseknek hagyományozott. Kelt Budán 1472. maj. 20-án.

Mathias dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Fidelibus nostris Capitulo ecclesie Albensis Transsiluanensis, Salutem et graciam. Cum nos cum ad humillime supplicacionis instanciam **Religiosorum fratrum Heremitarum ordinis sancti Pauli primi Heremite in Claustro beate Marie virginis in Zenthkiral¹⁾ in partibus Transsiluanis fundato degencium**, tum vero ob deuocionem quam nos ad ipsum beatissimum Paulum Heremitam habemus, cuiusque oracionum suffragijs in celis premium speramus, illi testamentali legacioni, quam Nobilis quondam Andreas de Tholdalag de et super totali porcione sua possessionaria in ipsa possessione Tholdalag in Comitatu Thordensi existenti, demptis dumtaxat illis quatuor sessionibus in eadem possessione habitis, quas idem Andreas Nobili domine Sophie filie sue pro iure quartalio sue articulo legasse, ac piscina et molendino in superficie eiusdem piscine constructo, ad eandem porcionem possessionariam spectantibus, prefatis fratribus Heremitis in perpetuum fecisse dinoscitur, in quantum eadem rite et legitime facta est, nostrum Regium consensum prebuerimus, Et nihilominus totum et omne ius nostrum Regium, si quod in eisdem qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibusuis causis, vijs, modis et racionibus concernerent Maiestatem, simulcum cunctis earum vtilitatibus et pertinentijs quibuslibet, sub suis veris metis et antiquis, premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus, prelibatis fratribus Heremitis in dicto Claustro beate Marie virginis in prefata Zenthkiral Trans-

¹⁾ Ezen **Szent-Király**-on a Maros széki **Maros-Szent-Király** értendő, hol Remete Sz. Pál szerzetének kolostora állott, melyről bőven ír **Orbán Balázs**, **Székely föld IV. köt. 183. 184. I.** — Ezen kolostort így említi **Orosz Ferencz**, **Synopsis Anualium Ordinis S. Pauli 386. I.** „Mon. B. M. V. de **Székelháza** seu **Szent-Király**, Anno 1350. a Joanne Thótt et Ladislao Bulgár fundatum.”

syluanensi fundato degentibus, consequenterque successoribus eorundem vniuersis, et Claustro ipsorum predicto, vigore aliarum litterarum nostrarum exinde confectarum eisdem in perpetuum contulerimus, velimusque eosdem per nostrum et vestrum homines legitime facere introduci, Ideo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente **Petrus Thamassi de Naznanfalwa**, vel **Stephanus Tot de Zenthanna**, aut **Paulus Zekel de Nagy Ernew** ¹⁾ alijs absentibus homo noster, ad faciem dictarum porcionis possessionarie, necnon piscine et molendini stb. (a beigtatási parancs szokott stylusa szerint). Datum Bude, feria quarta proxima post festum Pentecostes, Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo secundo, Regni nostri autem quinto decimo, coronacionis vero nono.

(P. H.)

Eredetije a kolozsmonostori convent levéltárában. — Erről vett másolata az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Diplom. Trans, Appendix. VI. köt. 250. sz.) — Az eredeti szélére van jegyezve, hogy a beigtatásnak Forgács Balázs ellene mondott.

CLXXIX.

Mátyás király a táborában jelenlévő Udvarhely és Maros széki székely lófők és gyalogok panasza következtében megparancsolja Mérai Magyar Balázs erdélyi vajdának és székely ispánnak, hogy az összes székelység részére kiadott kiváltságlevele értelmében hirdettesse ki és parancsolja meg, hogy a székely előkelők közül senki a székelyeket ősi szabadságuk ellenére pénzsarolással terhelni ne merje; mert ha ezt teendi, a székelyek ősi szokása szerint minden jószágából ki fog hányatni; megparancsolja továbbá neki, hogy a székely lófőket és gyalogokat külön-külön jegyzékbe irassa össze s e

jegyzékéket neki is küldje fel, melyekben az élőkölők örökös gyalázat terhe alatt önkényesen változtatást tenni ne merjenek; megszabja egyszersmind az egyik osztályból a másikba a vajdák és székely ispánok tudtával történendő előlépés módját. Kelt a Modra várát vivó táborban (Zemplén vármegyében) 1473. dec. 9-dikén.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie, Bohemie etc. Fideli nostro Magnifico **Blasio Magiar de Mera** Vaiuode nostro Transsiluano et **Comiti Siculorum**, eiusque vices gerentibus, Salutem et gratiam. Querulose nobis exponitur a parte fidelium nostrorum **Siculorum equitum atque peditum de Sedibus Wduorheli et Maros in castris nostris presencium**, quomodo ipsos nonnulli e **Primoribus nationis sue** exaccionibus pecuniarijs grauare tentassent, et quomodo preterea **ordo eorum trium generum** labefacteretur. Cum igitur precipua condicio regalis nostre cure sit, vt omnes et singuli fideles, statum nostrum Regium promouentes premij condigni vicem accipiant, Ideo consideratis summa fide et strenuo semper belligerandi studio dictorum fidelium nostrorum, vniuersorumque Siculorum, fidelitibus vestris harum serie mandamus firmissime, vt visis presentibus, sine cessacione medelam adhibeatis, et quidem, Quoad primum, si quidem fideles nostri **Siculi, nullis prorsus pecuniarijs exaccionibus, siue nobis siue hominibus nostris obstricti a perpetuis temporibus dignoscantur, nisi spontaneis et promptis oblacionibus ad nostri et aliorum Serenissimorum Regum Hungarie coniugiorum et natorum hilaria, necnon iuxta redituum suorum equitatem ad legaciones ab illis et ad illos**, vt illud ex alijs litteris nostris ipsis in formam priuilegij redactis vberius intelligere poteritis ¹⁾, quamobrem omnes exacciones, per publicam vocem, sub grauissima pena interdicatis, ita vt si nihilominus forent aliquo tempore reperti tales, qui contrarium facerent, illi eo facto iuxta consuetudinem ipsorum omnibus bonis euertantur. Quoad alterum vero, **facta per vos sine mora generali collustracione fidelium nostrorum Siculorum equites in suo statu a maioribus pregeneratos in seorsiuas tabulas referatis, qui propter permansuram distincio-**

¹⁾ Mátyás királynak az összes székelység részére kiadott ezen kiváltságlevele, melyre jelen parancsában hivatkozik, mai napig nem került napfényre.

nem Primipili vocabuntur ¹⁾, pedites rursus in alias tabulas, quas nemo primorum suo arbitrio alterabit, perpetuam alioquin infamiam incururus, Nec ex his vero, nisi Vaiuodarum nostrorum Transsiluanorum et Comitum Sicularum pro tempore constitutorum, ac in futurum constituendorum, nec ex illis, nisi tres terre sortes et facultates habere dignoscantur, dictorum itidem Vaiuodarum nostrorum scitu, ad superiorem gradum ascendere valebunt. In his secus nullo modo facturi, et tabulas, quas confeceritis, ad nos eciam transmissuri. Presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in Castris nostris ad obsidionem fortalicij Modra metatis, feria quinta proxima post festum conceptionis beate Marie virginis, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Tercio, Regnorum vero nostrorum Anno Hungarie sexto decimo, Bohemie quinto.

Az eredetiből, melynek hol létét nem emliti, kiadta Benkő József, Imago nationis Siculicæ. Cibinii 1791. 50 — 52. l. és utána Killyéni Székely Mihály, Székely nemzet constitutioi. Pest. 1818. 22—24. l.

CLXXX.

Mátyás király levele Fancsi Mihályhoz, melyben szemére hányván, hogy bár többszöri büneiért kegyelmet nyert tőle, most még is az ő halálának költött hírével ismét zavart akar a székelyek közt támasztani, megparancsolja neki, hogy 300 székelylyel rögtön siessen a szorongatott István moldovai vajda segítségére, mit ha meg nem teend, az akasztófát nem fogja kikerülni, ha pedig parancsát híven teljesíteni, őt kegyelméről biztosítja. Kelt Budán (1474).

Mathias Rex ad Michaellem Fancsy.

Fidelis nobis dilecte. **Iterato accepimus, te inter fideles nostros Siculos certos rumores de obitu nostro spargere, et certas mociones atque tumultuaciones rursus per te inter Siculos incitari,** que quam bene respondeant fidei tue et expectationi nostre de te, tu ipse bene considerare potes. Scis multas iam enormi-

¹⁾ A **primipilus** nevezetet már 1407-ben kelt oklevélben is föltaláljuk. Lásd föntebb LXXXVIII. sz.

tates, quas contra nos fecisti, tibi a nobis fuisse dimissas, et post multa mala per te perpetrata, quibus nostram Maiestatem sepius offendisti, iam aliquocies gratiam per nos tibi factam esse, quod semper idcirco fecimus, et ob hoc elemencia in te usi sumus, vt tu aliquando conuersus alios quoque fratres tuos ad fidelitatem nostram, sicuti par esset, dirigeres potius, quam istas nouitates et turbaciones inter ipsos seminares, quod scias nobis vehementer displicere, et eo magis, quod tu **conatus es talibus rumoribus et turbacionibus ipsos Siculos, qui ad nostra seruicia proficisci parati erant, a nostris obsequijs reuocare**, cum quibus eciam nescimus quas rursum mociones facere diceris. Super quo fidelitati tue mandamus, aliud omnino habere uolentes, idque tibi firmiter iniungimus, quod si vnquam gratiam nostram promereri cupis, in continenti cum trecentis Siculis ad Stephanum Waiuodam Moldauiensem fidelem dilectum nostrum, proficisci, ibique nobis sincere, et hoc tempore, cum ipse auxilijs indigeat assistere et auxiliari debeas ¹⁾, nam si aliter fuerit, certus esto, quod tu suspendium non euades, Si vero iussa nostra executus fueris, et in hoc nobis tuum seruitium ostenderis, non respiciemus adhuc male gesta tua, sed nos te in gratiam nostram recipiemus. Aliud ergo, prout gratiam nostram promereri cupis, facere non presumas. Bude

Kiadva egy egykorú codexből: Epistolae Mathiae Regis IV. rész 75. szám.

¹⁾ Ebből a körülményből azt kell következtetnünk, hogy ezen levél István moldvai vajdának a török seregen Moldvában nyert győzedelme előtt kelt, melyet István vajda a Magyar Balázs erdélyi vajda vezérlete alatt segélyére sietett erdélyi hadak és 5000 székely segítségével 1475. jan. 17-dikén vívott ki. Has. gr. **Teleki József, Hunyadiak kora IV. köt. 420—424. l.** E szerint e kelet ideje nélkül közlött levelet a legnagyobb valószínűséggel tehetjük gr. Telekivel **e. h. 344. l. 1474-re.**

CLXXXI.

Hidvégi Mikó Lőrincz és Hidvégi Nemes Mihály egymást és több megnevezett nemeseket minden egy év alatt általok vagy ellenük az ország bármely bírósága előtt indítandó pereikben a kolozs-monostori convent előtt ügyvédeknek és teljes meghatalmazottjaiknak vallják. Kelt 1476. május 7-én.

Nos Conuentus Monasterij beate Marie virginis de Colosmonstra Memorie commendamus Quod **Nobiles Laurencius Miko** et **Michael Nemes de Hijdweg**, personaliter (coram) nobis constitutj In omnibus causis ipsorum et earum articulis tam per ipsos contra alios quam per alios quospiam contra ipsos In quibuslibet terminis coram quouis Iudice et Justiciario Regni ecclesiastico videlicet et secularj a dato presencium per annicirculum motis uel mouendis Sese mutuo, Item Martinum de Beld Albertum de eadem Petrum Benedictum Myko dictos de prefata Hijdweg, Andream de Zijlkerk Lucam Rawaz de Zwchak Johannem de Galaz alterum Johannem de Chekelaka fabianum de predicta Zwchak et Johannem Sykesd de Therem, fecerint constituerint et ordinauerint ipsorum veros et legitimos procuratores Ratum et firmum se promittentes habituros Quicquid per eorum alterum aut per dictos ipsorum procuratores simul uel diuisim exhibitoem videlicet aut exhibitoes presencium Actum et procuratum fuerit in causis ipsorum prenotatis, Datum feria tertia proxima post festum beatj Johannis anteportam latinam Anno dominj Millesimo Qadringentesimo Septuagesimo sexto.

Eredetije papiron, hátán a kolozs-monostori convent pecsétjének némi maradványával, gr. Mikó Imre adományából az erd. Muzeum kéziratárában.

CLXXXII.

Mátyás király megparancsolja a gyula-fejérvári káptalannak, hogy néhai Fiadfalvi Pálfi János leányát Ilonát, Timafalvi Tatár Mihály nejét, kit atyjának Fejér vármegyei Felek és Szederjes helységekben lévő részjószágaiban fiú örökösévé lett, ezen részjószágekba s az azokban netalán lappangó királyi jogba igtassa be. Kelt Budán 1478. május 6-dikán.

Mathias dei gracia rex Hungarie Bohemie etc. Fidelibus nostris Capitulo ecclesie Albensis Transsylvane salutem et gratiam. Cum nos nobilem dominam Elenam filiam condam Johannis Palfy de **Fyadfalwa** ¹⁾ consortem scilicet Michaelis Thathar de **Thymafalwa** ²⁾, in porcionibus possessionarijs in possessionibus **Felek** et **Zederyes** ³⁾ vocatis in Comitatu Gywle Albensi existentibus habitis, iuribus scilicet dicti condam Johannis genitoris sui, in verum hered(em) et successorem masculinum eiusdem condam genitoris sui instituerimus et prefecerimus, ac totum et omne ius nostrum Regnum, si quod in eisdem porcionibus possessionarijs qualitercunque haberemus, aut nostram ex quibuscunque causis, vijs, modis et rationibus concerneret maiestatem, simulcum cunctis eiusdem vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet eidem domine Elene vigore aliarum nostrarum litterarum exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eandem in dominium earundem et eiusdem per nostram et vestrum homines legitime facere introduci. Super quo fidelitati vestre firmiter precipientes mandamus, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fidedignum, quo presente Johannes de Pethky, aut Georgius Pethky de Ders, vel Blasius Benj de Fyadfalwa, siue Valentinus de Sardy alijs absentibus homo noster, ad facies predictarum porcionum possessionariarum consequenterque iuris nostri regij in ijsdem habiti, vicinis et commetaneis earundem vniuersis inibi legitime convocatis et presentibus

¹⁾ **Fiadfalva** Udvarhely széken, Székely-Keresztúr szomszédságában.

²⁾ **Timafalva** Székely-Keresztúr mező várossal teljesen összeépült község.

³⁾ **Felek** es **Szederjes** faluk Székely-Keresztúrhoz egy mérföldre, Felső-Fejér vármegyében.

accedendo, introducatur prefatam dominam Elenam in dominium earundem et eiusdem tamquam heredem masculinum prefati condam Johannis Palfy, statuatque easdem et idem eidem iur(e ipsi in)cumbenti perpetuo possidendas, si non fuerit contradictum, Contradictores vero siqui fuerint, euo(cet eosdem contra) annotatam dominam Elenam (nostram in presenciam ad terminum) conpetentem (racionem) contradicc(ionis ipsorum reddi)turos, Et posthec huiusmodi introduccionem et statucionem cum eorum nominibus terminoque assignato eidem nostre personali presencie fideliter rescribatis. Datum Bude in festo beati Johannis ante portam latinam, Anno domini Millesimo quadringentesimo septuagesimo octauo, Regnorum nostrorum Hungarie etc. anno vicesimo primo, Bohemie vero decimo.

Eredetiye a gyula-fejérvári káptalan levéltárában (Cista Capitul. I. fasc. IV. Nro. 19).

CLXXXIII.

Vingárti Geréb Péter erd. vajda és székelyek ispánja Mátyás király perújító parancsa következtében új ítéletet hoz a Nagy-Bözlöni Forró Mihály, Miklós, János és Balázs által a magtalanul elhalt Hidvégi Becze Hidvégen Fejér vármegyében fekvő öröksége iránt Hidvégi Nemes Mihály ellen megújított perben, mely örökségbe Magyar Balázs egykori erdélyi vajda 1477-diki ítélete erejénél fogva Hidvégi Mihály magát beigtattatta, s ezen örökséget ismét Hidvégi Mihálynak és örököseinek ítéli, minthogy a Nagy-Bözlöni Forrók Szék földének, melyen Hidvég is fekszik, első szerzőjének Vinczének leányági utódai, IV. Béla király pedig 1252-diki s Hidvégi Mihály által eredetiben bemutatott adománylevele szerint Szék földét Vinczének, kitől Hidvégi Mihály fiú ágon származott, csak fiú örökösökre adományozta. Kelt Tordán 1479. jan. 23-án.

Nos Petrus Geréb de Wijngarth Wayuoda Transsiluanus ac Comes Siculorum, Memorie commendamus, Tenore presencium significantes, quibus expedit vniuersis, Quod Bude In fest beati La-

dislai Regis proxime preterito pro parte Nobilium Michaelis Nicolai Johannis et Blasii forro de Naghbewlen, in eo, quod alias Nobilis Michael de Hydweg ipsos, Racione et pretextu cuiusdam porcionis possessionarie, in possessione Hydweg in Comitatu Gyule Albensis existente habite, in presenciam Magnifici Blasij Magyar tunc similiter Waiuode harum parcium Transsiluanarum traxisset in causam, In quaquidem causa, prefatus Michael de Hydweg contra eosdem actores, In octauis festi beati Michaelis Archangeli tunc preteriti procedendo, ipsis Michaele et Nicolao in partibus Transalpinis in seruicijs Regijs occupatis, et propterea vnacum ipsis Blasio et Johanne fratribus suis in vniuersis ipsorum causis propter causandi vnionem ab ipso domino wayuoda prorogacionem habentibus, et ex confidencia huiusmodi prorogacionis cause premissae attendere nescientibus contra eosdem Sentenciam pro sui parte reportasset, cuius vigore, prescriptam porcionem possessionariam occupari et sibiipsi statui facere procurasset, Inpreiudicium Jurium eorundem actorum et dampnum valdemagnum. Cum tamen si prefati Michael et Nicolaus in seruicijs Regijs occupati non fuissent ac in prefata prorogacione vnacum predictis Johanne et Blasio confidenciam non habuissent, causeque premissae attendere voluissent, sperassent se aduersus eundem Michaellem de Hydweg causa in premissa de facili defendere potuisse, Serenissimo principi domino Mathie dei gracia Regi Hungarie Bohemie etc. domino nostro gracioso querimonia porrecta extitisset, Ipseque dominus noster Rex, qui casus suorum subditorum nociuos in melius reformare solitus sit, eisdem actoribus Id ut ipsi non obstantibus prescriptis litteris Sentencionalibus ac processibus exinde factis, In octauis festi beati Michaelis Archangeli tunc venturi, coram nobis, aut vicewayuoda nostro, vbi et quando eciam prefatus Michael de Hydweg cum ipsis litteris Sentencionalibus et processibus suis comparere teneretur, nouum iudicium recipiendi, ac Raciones et allegaciones dicendi et faciendi, necnon litteras et litteralia ipsorum Instrumenta, si quas et que pro tuicione ipsius cause prose haberent confectas et emanata, producendi facultatem generose annuendo, prefatum Michaellem de Hydweg prefatas litteras Sentencionales et processus exhinc factas exhibiturum, ac causa in premissa Nouum iudicium recepturum, contra annotatos Actores in ipsa causa modosimili Nouum

Iudicium recepturos, ac Raciones et allegaciones suas dicturos et facturos, necnon litteras, si quas in facto, seu materia cause ipsius haberent exhibituros, ad prenomatas Octauas festi beati Michaelis Archangeli per suum Regium et Capituli Albensis homines Insinuacioae subsecuta, nostram in presenciam legittime euocari mandasset, A quibusquidem octauis festi beati Michaelis Archangeli, causa prescripta partes inter predictas seriebus litterarum nostrarum prorogatoriarum, octauas presentes festi Epiphaniarum domini dilatiue attingente, Johannes Herczeg de Olnok pro prefatis Michaele et Nicolao Johanne et Blasio forro actoribus, cum procuratorijs litteris nostris, nostram veniendo in presenciam, adherente ibidem Johanne de Bala, qui pro prefato Michaele de Hydweg in causam attracto, similiter cum procuratorijs litteris nostris astabat, eosdem actores vnacum ipso in causam attracto, ab eadem genealogia fo(re et ab uno) prothauo originem sumpsisse, sicque porcio possessionaria condam Becze de Hydweg in eadem Hydweg habita, quam prefatus Michael modo premissis sibi (ipsi statui fecisset), proximitatis consanguineitate, qua eidem Becze ipsi actores attinerent, eosdem actores asserendo, in huius documentum que. quasdam litteras condam la(dislai Chaak wayuode) Transsiluani et Comitum de Zonuk fassionales patenter (confectas, et emanatas), simulcum quibusdam litteris Capituli Albensis introductorijs et presentibus inseri obmissis demonstrauit, hunc tenorem continentes, Nos Ladislaus Chaak wayuoda Transsiluanensis, et (Comes de Zo)nuk, Memorie commendamus (per presentes. Quod) nobilis domina Anna (Relicta condam Pauli Becze) de Hydweg, nostram personaliter veniendo in presenciam sponte confessa est in hunc modum, coram nobis, Quod quia Symon et Blasius dicti forro de Bewlen, ac Petrus filius N..... Deseo de Gywlafalwa sibi super dote et rebus paraffernalibus suis quinquaginta Marcis de porcione possessionaria predicti condam Pauli Becze domini et mariti sui in eadem possessione Hydweg habita iure prouenientibus, plenam satisfaccionem et solucionem impendissent, Ideo ipsa eosdem Symonem et Blasium et Petrum Racione preuia reddidisset et commisisset quitos et per omnia satisfactos, Ymo reddidit et commisit coram nobis presenciam testimonio mediante. Datum Brassauie feria quarta proxima post festum Penthecostes, Anno domini Mille-

simo quadringentesimo vigesimo septimo. Mox prefatus Johannes de Bala dictj Michaelis de Hydweg exurgendo et prescriptas litteras Sentenciales Adiudicatorias prefati condam Blasij Magyar waijuode per formam terminorum comprobacionis Thorde duodecimo die octauarum prefati festi beatj Michaelis Archangeli, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Septimo clause emanatas, quibus mediantibus idem wayuoda porcionem condam Becze de Hydweg in eadem Hydweg dicto Michaeli in causam attracto, adiudicasset et statui commisisset, necnon alias litteras dicti Capituli Albensis super huiusmodi possessionaria statucione testimoniales nobis exhibuit in hocmodo Quod licet idem Michael de Hydweg vnacum dictis actoribus ab eadem stirpe seu genealogia sint, tamen ipsi actores, videlicet prefati Michael Nicolaus Johannes et Blasius, forro de gradu sexus feminee essent propagati, dicto procuratore eorundem, ymmo et ipso Michaele forro affirmante, prescripta autem possessio Hydweg, consequenterque porcio possessionaria antefati condam Becze, qui similiter de eadem stirpe fuisset proximitatis, Jus femineum non sequeretur, et in huius declaracionis testimonium, vt ipsa possessio Hydweg Juri femineo non pertineat, quasdam litteras priuilegiales Sere-nissimi principis olijm domini Bele Regis Hungarie maiori suo pendenti dupplici Sigillo consignatas Anno domini Millesimo ducen-tesimo quinquagesimo secundo tredecimo kalendas septembris, Re-gni autem sui, Anno decimo septimo confectas nostram in presen-ciam Judicariam presentauit exponendo, Quod condam Bela Rex iustis petitionibus vincencij Comitis filij Akadas Siculi de Sebus inclinatus consideratis maxime fidelitatibus et seruicijs eiusdem Vincencij Comitis, quas et que a primeuis puericie sue temporibus in regno suo et extra regnum in legacionibus deferendis studuit commendabiliter exhibere, terram Zeek, que condam fulkon Saxo-nis prefuisset, sed per deuastacionem Thartarorum vacua et habi-tatoribus carens remansisset, inter terras Olacorum de Kijrch, Sa-xonum de Barasu, et Siculorum de Sebus existentem, cum omnibus vtilitatibus et pertinencijs suis eidem vincencio Comitj suisque he-redibus heredumque successoribus duxisset perpetuo conferendam, ipsam per fidelem suum laurencium wayuodam Transsiluanum et Comitem de Volkou, sub suis metis et terminis, littera in eadem

priuilegiali statucioni demandari fecisset¹⁾ Quibus presentatis prefatus procurator dicti Michaelis in causam attracti, eundem filium condam Valentini filij Georgij filij Michaelis filij ladislai filij dominici filij sepedicti vincencij Comitis requisitoris scilicet et Inuentoris dicte terre Zek, in cuius facie possessiones Hydweg et Arapathak locate haberentur, fore et existere explicauit, prefato procuratore dictorum actorum contra explicacionem huiusmodi nil obiciente, Hys habitis tenoribusque prescriptarum litterarum productarum reuisis et intellectis, ambarum parcium procuratores in premissis Iuris equitatem postularunt administrari. Liczet prefati Michael Nicolaus Johannes et Blasius forro actores sicuti prefatus Michael filius Valentini de Hydweg in causam attractus vincencio Comite Inuentore prescripte possessionis Hydweg Inuencionis Zek appellatus fuisse asserebatur, originem duxerint, prefati eciam Symon forro pater predictorum actorum et Blasius frater eiusdem Symonis forro vterinus in dicto Anno domini Millesimo quadringentesimo vigesimo septimo condam domine Anna Relicte condam Pauli Becze secundum tenores pretactarum litterarum annotati condam domini Ladislai Chaak wayuode presentibus transscriptarum res paraffernales exoluerint, Tamen quia ipsi Michael Nicolaus Johannes et Blasius forro actores prout prefatus procurator eorundem et eciam Idem Michael forro pro se successores puellares seu a linea sexus feminei propagati, prelibatus siquidem olim dominus Rex in prescripto Anno domini Millesimo ducentesimo Quinquagesimo secundo prescriptam terram Zek, in cuius facie dicta possessio Hydweg locata haberetur, prelibato vincencio Comiti prothauo ambarum parcium predictarum eiusque heredibus masculinis et non vtriusque sexus imperpetuum dedisse et contulisse, ex prescriptis litteris eiusdem Bele Regis superioribus sensualiter expressis clare reperiebatur, propter quod prefata possessio consequenterque porcio prefati condam Becze sexum femineum non sequi, ex eoque porcio eadem prelibatos Michaelem Nicoluaum Johannem et Blasium filios condam Sijmonis forro actores in nullo concernere, sed ipsa totalis porcio possessionaria predicti Becze de Hydweg

²⁾ Ezt az oklevelet főntebb **IX. sz.** alatt egész terjedelmében közöltük.

heredibus destituti in ipsa possessione Hydweg habita prefatum Michaellem filium condam Valentini in eundem legitime condensa attinere et eidem adiudicari et perpetuo relinqui debere nobis ac nonnullis harum parcium Transsiluanarum Nobilibus in examinacione cause presentis existentibus, cognoscebatur, Eorundem igitur Regni Nobilium freti consilio, pretitulatam tatalem porcionem possessionariam annotati condam Becze de Hydweg in eadem possessione Hydweg vocata habitam, simulcum omnibus vtilitatibus suis et pertinencijs vniuersis quouis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem spectantibus, sepefato Michaeli filio Valentini de eadem Hydweg, eiusdemque heredibus vniuersis, cum hijs quibus congruit Racionibus ex preuijs perpetuo ac in sempiternum tenendam possidendam et habendam Adiudicauimus (et reliquimus), prefatis Michaelj Nicolao Johanni et Blasio forro acquisitione eiusdem porcionis Inquietacioneque dicti Michaelis filij Valentini racione preuia perpetuum imponentes silencium, ymmo adiudicamus et relinquimus auctoritate nostra Judiciaria et iusticia mediante in cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostras priuilegiales pendentis sigilli nostrj autenticj munimine roboratas duximus concedendas. Datum Thorde Vndecimo die octauarum festi Epiphaniarum domini predictarum Anno Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Nono.

Eredetiye pergamenen, függő pecsétje hijával, az erd. Muzeumban, néhai gr. Nemes Ábrahám ajándékából. Ez oklevél a gr. Nemes család Hidvégén 1849-ben földult levéltárának csekély maradványaiból való, s mint-hogy a dulás után több hétig az udvaron esőben, hóban hevert, külömben is igen apró írása annyira elhalványodott s több helyt úgy elmosódott, hogy csak több heti igen fáradságos munka után lehettem képes elolvasni.

CLXXXIV.

Kendi Antal erdélyi alvajda megparancsolja a kolozs-monostori konventnek, hogy Dicső-Szentmártoni Kízdi Sándor ellen, ki több megnevezett panaszosok Torja nevü helységét Fejér vármegyében jogtalanul elfoglalta, s ezelőtt mintegy nyolcz évvel a panaszosok rokonát, Szászfalvi Penye Benedeket, a Küküllőbe fojtotta, tartson vizsgálatot, és arról neki tegyen jelentést. Kelt Tordán 1479. január 25-dikén.

Amicis suis Reuerendis Conuentui ecclesie de Colosmonostra Anthonius de Kend Vicevayuoda Trassiluanus amicitiam paratam cum honore. Didtur nobis in personis Nobilium **Laurencij filij Miko de Hidwegh**, ac Pauli filij condam **Valentini Therek de Zenthmiklos Thorya**, necnon dominarum relicte condam **Stephani Apor de Zenthmarton Thorya** ¹⁾, et Elene consortis **Benedicti Mihalch de Doboly** ²⁾, filie eiusdem Stephani Apor, Quod in anno cuius iam secunda instraret reuolucio, Egregius **Sandrinus Kyzdy de Dichew Zenthmarthon** ³⁾, quandam possessionem ipsorum **Thorya** vocatam in **Comitatu Albensi** ⁴⁾ existentem habitant, ipsos omni Juris titulo concernentem, minus iuste et indebite via Juris sine omni prose occupasset, occupatamque teneret et conseruaret, ac eadem vteretur etiam Ad presens, in quibus eisdem exponentibus centum florenorum auri dampna intulisset. Ceterum in anno cuius iam fere octaua vel citra preterijisset reuolucio, idem Sandrinus Kyzdy, ignoratur quo motiuo ductus, quendam Nobilem Benedictum Penye dictum de **Zazfalw** ⁵⁾, tunc familiarem suum, fratrem eorundem exponencium

¹⁾ **Szent-Miklós-Torja** a mai **Al-Torja**, **Szent-Márton-Torja** pedig a mai **Fel-Torja** Három széken; amaz Szent-Miklósnak, ez Sz.-Mártonnak szentelt templomáról neveztetett így. — Az Al- és Fel-Torja név (Torya inferior és superior) egyébiránt már 1332—1334-ben is használatban volt. Lásd az ezen évi pápai dézmák lajstromát. **Theiner, Monumenta historica Hungariam illustrantia. I. köt. 646, 658, 715. l.**

²⁾ **Fel-Doboly** és **Al-Doboly** Sepszi széki faluk.

³⁾ A Dicső-Szentmártoni **Kízdi** család az Apor család egyik ága volt.

⁴⁾ Torja még ekkor Fejér vármegyében esett az Apor család által birt Bálványos vár tartozandóságaival egy tagban.

⁵⁾ **Szászfalu** Kézdi széken esik Kézdi-Vásárhely szomszédságában.

in domo habitacionis sue captiuasset, captumque, vnum lapidem ad collum eiusdem ligando, in aquam Kwkwllw projici fecisset, vniuersasque res et bona ducentorum florenorum auri valencia, protunc erga ipsum Benedictum familiarem suum reperias et inuenta auferri fecisset potencia mediante, in preiudicium dictorum exponencium valde magnum. Super quo vestram amiciciam presentibus petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Martinus de Beld, vel Ambrosius de Moha, sin Thomas sew Oswaldus Forro dicti de Haporton, siue pancracius de Sard, neue Michael Nemes de Hydwegh, alijs absentibus homo noster, ab omnibus quibus incumbit, meram de premissis recipiant certitudinis veritatem, quam tandem nobis amicabiliter suo modo rescribatis. Datum Thorde in festo conuersionis beati Pauli Apostoli, Anno domini Millesimo Qadringentesimo septuagesimo nono.

Eredetije a kolozs-monostori convent levéltárában; erről vett másolata az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. Appendix VII. köt. 49. sz.)

CLXXXV.

Kendi Antal erdélyi alvajda a fõntebbi szám alattival szóról szóra egyezõ parancsa a gy.-fejérvári káptalanhoz, azon záradékkal, hogy, ha a panaszt igaznak találandja, Dicsõ-Szentmártoni Kízdi Sándort Szent György nap után egy hétre idézze meg õ elébe. Kelt Tordán 1479. jan. 25-én.

Amicis sui Reuerendis Capitulo Albensi Transsiluanie Antonius de Kend Vice Vayuoda Transsiluanus stb. (szóról szóra ugy mint a fõntebbi szám alatt, a záradékban következõ külömbséggel) Super quo vestram amiciciam petimus diligenter, quatenus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, quo presente Martinus de Beld, vel Ambrosius de Moha, sew Thomas siue Oswaldus Forro dicti de Haporton, siue Pancracius de Saard, necnon Michael Nemes de Hydwegh, alijs absentibus homo noster, scita

prius premissorum mera veritate, euocet prefatum **Sandrinum Kijzdi** contra annotatos exponentes ad octauas festi beati Georgij martiris nunc venturas nostram in presenciam, rationem premissorum redditurum, litispendencia si qua foret inter ipsos non obstante, Insinuando ibidem eidem, vt siue ipse octauis in predictis coram nobis compareat siue non, Nos ad partis comparentis instanciam id faciemus in premissis, quod Juri videbitur expediri, Et post hec huiusmodi inquisicionis, euocacionis et insinuacionis seriem, vt fuerit expediens, nobis amicabiliter rescribatis. Datum Thorde in festo conuersionis beati Pauli Apostoli, Anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo nono.

Eredetiye a gyula-fejérvári káptalan levéltárában. — Erről Altorjai báró Apor Péter 1725-ben a káptalan által hiteles átiratot készítette, mely számos olvasási vagy nyomtatási hibával ki van adva Apor Péter „Lusus mundi” című munkájában, Monumenta Hung. Hist. II. oszt. Irók. XI. köt. 100—102. l.

CLXXXVI.

A gyula-fejérvári káptalan jelenti Kendi Antal erdélyi alvajdának, hogy jan. 25-dikén kelt vizsgálató és idéztető parancsa értelmében, azon napon az erdélyi nemesség Tordán tartott közgyűlésében, a Küküllő vármegyei nemeseket és nem nemeseket kikérdeztén, a Dicső-Szent-Mártoni Kizdi Sándor ellen emelt vádakat igazaknak találta és őt január 30-dikán Váradgyán Fejér vármegyében fekvő részjóságában Sz. György nap után egy hétre az alvajda élébe megidézte. Kelt 1479. febr. 4-én.

Egregio Antonio de Kend Vice Vaiuode Transsiluano Capitulum ecclesie Transsiluane, Amicicium paratam cum honore. Vestra nouerit Egregietas, nos litteras vestras Inquisitorias, euocatorias et insinuatorias, honore quo decuit recepisse in hec verba. Amicis suis etc. Nos vestris amicabilibus petitionibus gratum prebentes consensum, vnacum magistro prefato Oswaldo Forro de Haporton

vnum ex nobis, videlicet honorabilem dominum Thomam de Lippa socium et Concanonicum ac decanum nostrum nostro pro testimonio ad premissa fideliter exequenda duximus transmittendum. Qui tandem exinde ad nos reuersi nobis pariformiter retulerunt, quomodo ipsi in die conuersionis beati Pauli Apostoli Thorde in congregatione generali Nobilium parcium Transsiluanarum celebrata simul procedentes, tunc ab omnibus nobilibus et ignobilibus prescripti Comitatus de Kwkwllew palam et occulte diligenter inquirendo, omnia et singula premissa exequuta fuisse rescuissent, qualiter vestre dictum extitissit Egregietati, dempto predicto centum florenorum dampno. Tandem vnacum prenotato Oswaldo homine vestro iterum vnum ex nobis, scilicet honorabilem dominum Mattiam de Koloswar ad executionem euocacionis et insinuacionis transmittend similiter nobis concorditer retulerunt, quomodo ipsi Sabbato proximo ante festum purificationis virginis gloriose ad possessionem Varadgya pergendo, memoratum Sandrinum de portione sua possessionaria in dicta Varadgya in Comitatu Albensa existente habita, ad octauas festi beati Georgy martiris nunc proxime venturas in vestram euocassent presenciam, rationem premissorum redditurum, insinuassentque eidem ibidem, vt siue ipse dictis in octauis coram Vestra Egregietate compareat, siue non, vos ad parcium ipsarum instanciam id facietis in premissis, quod Juri videlicet expediri. Datum sexto die diei euocacionis et insinuacionis prenotatarum, Anno domini Millesimo Quadringentesimo septuagesimo nono.

Eredetiye a gyula-fejérvári káptalan levéltárában, a fõntebbi szám alatt közlött idéztetõ parancs hátára írva. — Az errõl b. Apor Péter által 1726-ben vétetett hiteles káptalani átirat számos leírásí és olvasási hibával ki van adva Apor Péter munkáiban, Monumenta Hung. Hist. II. oszt. Irók. XI. köt. 102. 103. l.

CLXXXVII.

Báthori István országbiró, erdélyi vajda és székelyek ispánja, megparancsolja Ramocsa Lőrincz és Mihály görgényi várnagyoknak s a Maros széki tiszteknek, hogy Vásárhely mezőváros lakosait régi szabadságaikban háborgatni s károsítani ne merjék. Kelt Görgény várában 1481. apr. 9-én.

Comes Stephanus de Bathor Judex Curie Regie Waijuodaque Transsiluanus et **Siculorum Comes** etc. Egregijs et Agilibus viris Laurencio et Michaeli Ramocza Castellanis nostris Castri Gergijn necnon **Judicibus Capitaneisque et Senioribus Sedis Maros** ipsorumque vicesgerentibus Salutem et fauorem Noueritis nos ex graui querela in personis vniuersorum populorum et Inhabitorum **Opidi Wasarhel** nobis allata percepisse Quomodo vos ipsos in eorum antiquis libertatibus et solitis consuetudinibus, quibus ijdem semper et ab antiquo hactenus vsi fuissent conseruare recusaretis ymo ipsi, per varias et extraordinarias, in eos adjnuentas constitutiones vltra antiquas eorum libertates per vos adeo grauarentur, vt si eis de remedio non prouideretur defacili in maximam possent deuenire desolacionem, Vnde cum Nos ipsos Opidaneos sew populos et Inhabitantes dicti Opidi, In ipsorum antiquis libertatibus et consuetudinibus iustis sine nouitate et variacione volumus facere conseruari, idcirco committimus vobis presentibus et Regia in persona firmissime mandamus, quatenus Agnita presencium noticia dictos Inhabitantes et populos dicti Opidi in antiquis eorum libertatibus consuetudineque et consuetis legibus ac iustis consuetudinibus, quibus ab antiquo vsi fuissent et gauisi, illibate et illese absque omni impedimento et aliqua nouitate tenere et conseruare debeatis et teneamini Nec eos contra formam premissae eorum libertatis in consuetudinibus, In Rebus ac Bonis et personis eorum Impedire turbare et (da)mpnificare presumatis Nec sitis ausi modo aliquali, presentibus perlectis exhibenti semper restituti Datum in Castro Gergijn feria secunda proxima post dominicam Judica, Anno domini Millesimo quadringentesimo Octoagesimo primo.

(P. H.)

Eredetiye Maros-Vásárhely város levéltárában.

CLXXXVIII.

Ramocsa Lőrincz, Mihály és Gégényi György székely alispánok és Szentpáli Becze Tamás Udvarhely széki kapitány bizonyítják, hogy Báthori István országbíró és erdélyi vajda parancsa értelmében Udvarhely széki Ujfalu lakosait az ezen helység régi határai között fekvő némely szántóföldek és rétek vagy kaszálók örökös birtokába visszahelyeztették. Kelt Udvarhely székben, 1481. jun. 17-dike után.

(Laurencius et Michael Ramacha ac Georgius Gegenij Vice Comites ¹⁾ et Thomas Becze de Zenthpal Capitaneus (Siculorum) Sedis Wdwarhel Memorie commendamus Tenore presencium significantes (quibus) expedit vniuersis, Quod cum nos Iuxta (continen-
ciam literarum) preceptoriarum Magnifici virij domini Comit^{is} **Stephani de Bathor** Judiciscurie (Reg)ie Maiestatis, Wayuodeque Transsiluanie et **Comitis (Si)culorum** etc. domini nostrj graciosi nostrum hominem videlicet Magistrum Paulum (no)tarium et famulum nostrum vnacum prefato pro recuperacione quarundam terrarum Arabilium pratorum sew fenilium in eisdem literis eiusdem domini nostri specificatorum (pro testimoni)o fidedignum duximus transmittendum, Qui tandem exinde ad nos reuer(s)i nobis concorditer retulerunt, Quod ipsi in festo (sacrosancte et indi)uidue Trinitatis proximo preterito ad facies possessionis **Wijfalw** ²⁾ conse(quen)terque prescriptarum terrarum Arrabilium pratorum (sew fenilium) Halo vocatorum, omnino intra veras metas et antiquas prescripte (possessio)nis Wijfalw adiacencium, alias per Egregios (Nicolaum et) Johannem Sijkesd de Therem, vicinis et commetaneis earundem v(idelice)t populis et Jobagionibus do-

¹⁾ Ramocsa Lőrincz és Mihály mint Báthori István vajda görgényi várnagyai (Castellani) vannak említve Báthori István 1481. apr. 9-dikén kelt levelében, melyet a fentebbi szám alatt közlöttünk.

²⁾ A mai **Homoród-Ujfalu** Udvarhely szék déli határán, a Kőhalom széki **Sombor** (Sommerberg) szomszédságában.

mini Regis in (possessione **Sjombor** ¹⁾ vocata commorantibus, ac prouisore Curie prefatorum Nicolaj et Joh(annis Sij)kesd in eadem Sombor habite constituto, alijsque (vicinis et) commetaneis earumdem terrarum Arrabilium et pratorum seu fenilium (inibi legitt)ime conuocatis et presentibus accessissent vniuersos et singulos populos in prefata Wyfalw residentes reoccupassentque et restatuissent (easdem eisdem) ipsorumque heredibus et posteritatibus vniuersis Simulcum (cunctis vtilitatibus et pertinencijs quibuscumque (perpetu)o possidendas, nemine ipsis inibi protunc nec (o)pponente. Datum in dicta Sede Wdwarhel restatucionis et reocupacionis premissarum Anno domini (Millesimo) quadringentesimo octuagesimo primo.

(P. H.)

(P. H.)

Kivül mult századi kézírással rá van írva: 1481. Super terris quibusdam in possessione Ujfalu dicta habitis, in Sede, vt videtur Maros. Truncatum. Num. 25. A. Cseffei.

Eredetije pergamenen az erd. Muzeumban (Mike Sándor gyűjt. I. köt.). — Ez az oklevél kétszeresen hajtvá valaha egy kis könyvecske fedelél volt használva, mely alkalommal az oklevél eleje, minden sorból egy két első szó, levágtván elveszett. — E csonkaság, mint az oklevél háttára irt jegyzetből kitetszik, már a Cseffei levéltár rendezésekor megvolt.

¹⁾ **Sombor** a mai **Szász-Sombor, Ujfalu** szomszédságában, mely 1848 előtt egy részben mint királyföldi terület Kőhalom székhez, más részben Fejér vármegyéhez tartozott, az újabb időkben pedig F.-Fejér vármegyéhez tartozik. Ez a viszony mint oklevelünkből kitetszik, már 1481-ben fönállott; a mennyiben Sikkesd Miklós és János nemesi udvarháza és birtoka Szász-Somboron nem feketett a helységnek a király népei által birt s a királyföldhöz tartozó részén, hanem vármegyei területen.

CLXXXIX.

Mátyás király Erdő-Szentgyörgyi Medgyes Balázsnak hűtlensége miatt a koronára szállott birtokait, nevezetesen Torda, Kolozs és Küküllő vármegyében több helységekben s általában Erdély bármely vármegyében fekvő részjórészeit, csupán a székely földön birt örökségei kivételével. Báthori István országbírónak és erdélyi vajdának adományozza. Kelt Budán 1481. jul. 23-dikán.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie, etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes quibus expedit vniuersis. Quod nos attentis et consideratis meritis fidelis nostri Magnifici Comitis Stephani de Bathor Iudicis Curie nostre et Wayuode parcium regni nostri Transsylvanarum, per eum primum Sacre dicti Regni nostri Hungarie Corone, tandemque Maiestati nostre sub locorum et temporum varietate, non parcendo rebus et persone suis, cum omni fidelitatis constancia exhibitis et impensis, totales porciones possessionarias in possessionibus **Bozed, Erche, Wray, Soospatak, Gerebenews, Pethee, Kapws, Kemyntelke, Zenthpeter, Thwson** in Thordensi ¹⁾ in de Kolos, **Egresthew, Fijlethelke** et **Wdwarhely** in de Kykellew Comitibus ²⁾ existentibus habitas, alia eiam vniuersa bona et Iura possessionaria vbiuis et in quibuscumque Comitibus dictarum parcium Regni nostri Transsylvanarum existencia, **dentis duntaxat illis, que inter Siculos haberentur** ³⁾, que alias Nobilis **Blasij Meggyes de Erdew Zenth Gewrgh** ⁴⁾ prefuerunt, sed ex eo quod idem superiori anno, et eiam hijs nouissimis temporibus, postposita fide et fidelitate qua nobis et Sacro nostro diademati Regio adstrictus fuerat, vtrisque Bazarab, maiori videlicet et minori, partes Regni nostri Transalpinas hostiliter tenentibus, et per consequens ipsi Alijbeeg Wayuode ceterisque Thurcis, hostibus videlicet nostris et Regni

¹⁾ **Bazéd**, ma Maros székhez, **Ercse** Kolozs vármegyéhez tartozik; **Uraj, Sós-patak, Gerebenes, Pete, Mező-Kapus, Keménytelke** ma is Torda vármegyében, **Szent-Péter** és **Túzson** pedig ma Kolozsban esnek.

²⁾ **Egrestő, Fületelke** és **Vámos-Udvarhely** Küküllő vármegyében.

³⁾ A székely földi örökségek hűtlenség esetében sem szállottak a királyra.

⁴⁾ **Erdő-Szent-György** Maros széken.

nostri infestissimis adhesisset, eisque hoc Regnum nostrum et presertim partes illas Transsylvanas per suas nefandas exploraciones et auizamenta, vna cum nonnullis scelerum suorum complicibus diuicius prodidisset ¹⁾, ad Sacram ipsius Regni nostri Hungarie Coronam, consequenterque ad Nos et collacionem nostram iuxta antiquam et approbatam dicti Regni nostri consuetudinem rite et legitime deuoluta fore perhibentur, simul cum cunctis suis vtilitatibus et pertinencijs quibuslibet, puta terris arabilibus **stb. (a szokott stylus szerint)**, premissis sic vt prefertur stantibus et se habentibus, de bene placita voluntate et consensu Illustrissime domine Beatricis Regine consortis nostre charissime, memorato Comiti Stephano de Bathor, suisque heredibus et posteritatibus vniuersis dedimus donauimus et contulimus, Ymmo damus donamus, et conferimus, Iure perpetuo et irreuocabiliter tenenda, possidenda, pariter et habenda. Saluo Iure alieno. Harum nostrarum vigore et testimonio litterarum mediante, Quas in formam priuilegij nostri redigi faciemus, dum uobis in specie fuerint reportate. Datum Bude secundo die festi beate Marie Magdalene Anno domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo primo Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. vigesimo quarto, Bohemie vero decimo tercio.

Ad relacionem Thome de Erdewd
prepositi Tituliensis.

Oldalt jegyezve: Reuerendissima dominacio vestra dignetur istas facere sigillari, ex commissione Regie Maiestatis.

Thomas.

Eredetiye aljára nyomott pecséttel a budai kamarai levéltárban; hitelesített mása az erd. kincstári levéltárban. — Gr. Kemény József sajátkezű másolata az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. Tom. III. 427 — 429. l.) — Mátyás királynak ugyanezen nap kelt s a lo-lozs-monostori conventhez intézett beigtatási parancsa, melyben Medgyes Balázs hütlensége ugyanazon szavakkal van leírva, mint a közlött adomány-

¹⁾ A törökök 1480-diki erdélyi rabló hadjáratáról a Verestoronny melletti megveretéséről lásd **gr. Teleki József, Hunyadiak kora V. köt. 151 l.**

levélben, jószágai azonban sokkal részletesebben elő vannak sorolva, olvasható a mondott convent 1482-dik évi beigtatási jelentésében, melynek eredetije megvan a kolozs-monostori convent levéltárában, s kivonata az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. Appendix. VII. köt. 79. szám.)

CXC.

Mátyás király átírja és kettős függő pecsétjével megerősítve kiadja Zsigmond királynak Aranyos szék részére 1436-ban adott kiváltáslevelét. Kelt 1484. jan. 25-kén.

Mathias dei gracia Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie Rame Seruie Gallicie Lodomerie Comanie ¹⁾ Bulgarieque Rex, ac Slesie et lucenburgensis dux, necnon Lusacie et Morauie Marchio, Ad vniuersorum tam presencium quam futurorum noticiam harum serie volumus peruenire, (Quod vir) Agilis **Clemens Thathar de Seemfalwa** ²⁾ in sua ac ceterorum **trium generum Siculorum nostrorum Sedis Aranyas** ³⁾, nostre Maiestatis veniens in conspectum Exhibuit uobis et presentauit quasdam litteras Serenissimi condam domini Sigismundi Imperatoris et Regis felicis memorie priuilegiales, sub Nouo et dupplici Sigillo suo maiori confectas, continentis in se confirmatiue, Tenores quarundam litterarum eiusdem condam domini Sigismundi Imperatoris sub maiori et antiquo dupplici suo Sigillo ante electionem suam in Regem Romanorum sculpto emanatarum, et Item aliarum duarum primarum videlicet condam domini Andree, Secundarem vero olim domini ladislai similiter Hungarie Regum Super donacione et perpetuali collacione **Terre Castri de Thorda Aranijas vocate**, Iuxta fluuios Aranijas et Maros nuncupatos existentis, confectarum, Tenoris infrascripti, Supplicans extitit Maiestati nostre humiliter, vt prescriptas litteras annotati condam domini Sigismundi Imperatoris et Regis, et omnia in eis

¹⁾ Eddig terjed az oklevél első sora, mely sor egészen aranyos betűkkel igen szépen van írva.

²⁾ **Seemfalwa**, a mai **Sinfalva** Aranyos széken. — A Tatár név ezen család tatár eredetére látszik mutatni.

³⁾ Itt az eredetiben vigyázatlanágból kimaradt a „**personis**” szó.

contenta, ratas gratas et accepta habendo, presentibusque litteris nostris similiter priuilegialibus de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali, inscribifaciendo, pro prefatis Siculis nostris Innouantes perpetuo valituras confirmare dignemur, Quarumquidem litterarum tenor talis est, **Sigismundus dei gracia** stb. (Lásd fõntebb **CX. sz.**) Nos igitur humilimis Supplicacionibus prefati Clementis Thathar suo et aliorum quorum supra nominibus et in personis Maiestati nostre modo premissis porrectis, Regia benignitate exauditis clementer et admissis, prescriptas litteras Annotati condam domini Sigismundi imperatoris et Regis priuilegiales, non abrasas non cancellatas, nec in aliqua sui parte suspectas, presentibusque litteris nostris similiter priuilegialibus de verbo ad verbum sine diminucione et augmento aliquali insertas, quo ad omnes earum continencias clausulas et articulos, Eatenus quatenus eodem rite et legittime existunt emanate v(iribus)que earum veritas suffragatur, Ratificamus, approbamus, easque et omnia in eisdem contenta, pro prefatis Siculis nostris de Aranijas, Innouantes perpetuo valituras confirmamus, presentis scripti nostri patrocinio mediante, Saluis Juribus alienis. In cuius rei memoriam firmitatemque perpetuam presentes litteras nostra priuilegiales pendentis et auttentici Sigilli nostri dupplicis munimine roboratas, eisdem Siculis nostris duximus concedendas, Datum per manus Reuerendissimi in christo patris domini petri Archiepiscopi Colocensis, Aule nostre Summi et Secretarij Cancellarij, fidelis nostri sincere dilecti, Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto, octauo kalendas februarij, Regnorum nostrorum Hungarie etc. Anno vigesimo sexto, Bohemie vero quintodecimo, Venerabilibus in christo patribus dominis Johanne Strigoniensi, et eodem petro Colocensi Archiepiscopis, Gabriele titulo sanctorum Sergij et Bachi Cardinale Agriensis, Johanne Waradiensis, Ladislao electo et confirmato Transsiluanensis, Osualdo Zagrabiensis, Sigismundo Quinqueecclesiensis, Alberto Wesprimiensis, Vrbano electo et confirmato Iaurinensis, Nicolao (Vac)iensis, Johanne Chanadiensis, fratre Gregorio electo Nitriensis, Benedicto Bozuensis, Johanne Sirimiensis, Nicolao Tiniensis, Paulo Segniensis, et anthonio electo Modrusiensis ecclesiarum Episcopis, ecclesias dei feliciter gubernantibus, Item Magnificis Michaele Orzagh de Gwth predicti Regni nostri Hungarie pa-

latino, Comite Stephano de Bathor Judice Curie nostre necnon Waijuoda Transsiluanensi et Comite Sicularum nostrorum, laurencio de Wijlak Machouiensi, Matthia Gereb de Wijngarth, Regnorum nostrorum Dalmacie Croacie et Sclauonie, Bartholomeo pathochij et Andrea de Zokol Zewreniensibus Banis honores Banatus, ladislao pe pakos Thauarnicorum, georgio de parla(gh Ja)nitorum, altero Georgio de Thwroc pincernarum, Vilhelmo Comite Zagorie dapiferorum, Ladislao de Gwth Agazonum nostrorum Regalium Magistris, Nicolao Banfij de Alsolyndwa posoniensi, et paulo de kinijis Themesiensi Comitibus, alijsque compluribus Regni nostri Comitatus tenentibus et honores.

Eredetiye pergamenen, függő pecsétje híjával, a kolozs-monostori convent levéltárában (Sedes Aranyos, Fasc. A. Nro. 6.)

CXCI.

Lőrincz maros-vásárhelyi plebánus és Maros széki esperest, néhai Madarasi Miklós és neje végrendeleteinek valódisága iránt Báthori István országbíró és erdélyi vajda parancsa értelmében vizsgálatot tartván, bizonyítja, hogy a Madarasi Miklós anyai rokonánál Justinánál lévő végrendeletek, az azokat megpecsételt András vajai plebánus vallomása és a végrendeleteket meghitelesített öt birtokos székelly esküje szerint, valószággal Madarasi Miklós és neje végrendeletei. Kelt Maros-Vásárhelyt 1484. május 20-dikán.

Laurencius Plebanus de Wasarhel, Vice Archi Diaconus Sedis Marus. Memorie commendamus significantes, quibus incumbit vniuersis. Quod his temporibus nuperrime elapsis Magnificus dominus Stephanus de Bathor Judex Curie Regie Maiestatis et Waywoda Transsiluanus in persona Regie (Maiestatis) mandando precepit litteris suis mediantibus, vt testamenta quondam Agilis **Nico-**

lai de Madaras ¹⁾, et olim domine consortis eiusdem, apud honestam dominam Justinam maternam prefati Nicolai Madarasy habita, prefato domino Waywode presentata de hesitatione et dubitatione nonnullorum bonorum fine certitudinis rei veritatem, et ad breuem et certum terminum eosdem conditores Testamentorum coram me pro et ad feriam quintam ante festum Elene Regine, vt testamenta prefata eisdem de verbo ad verbum sub Sigillo discreti Andree Plebani de **Waya** ²⁾ existencia idem Plebanus ad (fidei) sue probate et Sacerdocij sui dignitatem fassus est. Quod testamenta prefata habita apud honestam dominam Justinam, prefati Nicolai sunt et item consortis eiusdem, Ita omnino testamenta sine diminucione et variacione aliquali. Et sepefata domina adhuc vivens manu propria diuisit famulis suis, quibus quid voluit, Aulicis autem dimisit, vt in Testamentis continentur. Prefatos vero Paulum Nagh de **Kerezthwr** ³⁾ Nagh de **Sykesd-falwa** ⁴⁾, Gallum Sido de **Agard** ⁵⁾, Michaelem de **Waczmwny** ⁶⁾ et Gregorium de **Balynthfalwa** ⁷⁾, eosdem ad sancta dei ewangelia manibus corporaliter tacta de dicenda veritate in persona domini nostri prefati, qui singulariter et sancte fassi sunt et (attestati) eodem modo, nil addendo, vt et quemadmodum discretus Andreas Plebanus de Waya, Auditor et examinador decessorum. Ita ex iussu et mandato domini Comitis Stephani de Bathor Judicis Curie Regie Maiestatis, Wayuodeque Transsiluani, testamenta prefata habita apud sepefatam Dominam Justinam roboranda et (duximus) per presentes, presentibus ibidem discretis Petro de **Haraszt(ker)ek** ⁸⁾, Benedicto de **Sewe(rd)** ⁹⁾, Benedicto de

¹⁾ **Madaras**, a mai **Baczka-Madaras**, Maros széken, a Nyárad völgyében.

²⁾ **Vaja** Maros széken, ugyanott.

³⁾ **Bere-Keresztúr**, Maros széken, a Nyárad mellett.

⁴⁾ Ma **Siketfalva**, Maros széken a Nyárad mellett.

⁵⁾ **Agárd** falu Maros széken a Maros és Nyárad közt.

⁶⁾ Ma **Váczmán** puszta Koronka szomszédságában Maros széken.

⁷⁾ **Bálintfalva** falu a Nyárad völgyében.

⁸⁾ **Harasztkerék** falu Maros széken, ugyanott.

⁹⁾ **Sewe(rd)**, ma **Szövérd**, falu Maros széken Harasztkerek mellett.

Kezwenyes ¹⁾ Plebanis, Benedicto Capellano de Wasarhel, et alijs testibus quoque presentibus, ad premissa vocatis et rogatis. Datum in Vasarhel ipso die Execucionis, Anno Domini 1484.

(P. H.)

Eredetije papiron az erd. kincstári levéltárban Szebenben, — Gr. Kemény József sajátkezü másolata az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. III. köt. 447. l.)

CXCII.

Báthori István erd. vajda, székelyek ispánja és ország birája, Prásmár mezőváros polgárainak panaszára, kik azt állították, hogy a Töröcsvárhoz tartozó Tatrang falu lakosai a Tatrang vizét régi medréből elvezetvén a magok malmára vitték s ez által az ő malmuknak s illetőleg városuknak nagy kárt okoztak, a vele Brassóban lévő több nemesekkel és előkelő székelyekkel valamint Brassó város birájával és egy esküdtjével s Prásmár mezőváros birójával és két esküdtjével, az összes tatrangi lakosok jelen létében, a hely színén személyesen szemlét tartván, miután a prásmáriak Kusalyi Jakcz János és Mihály székely ispánok 1427-ben kelt levelét, melyben nekik malomépitésre jogot engedett, a tatrangiak pedig a magok részéről néhai Fahidi János és Locz Demeter töröcsvári várnagyok hasonló levelét, s e mellett az ő Brassóban 1480 febr. 29-dikén kelt engedély- és örök adománylevelét fölmutatták, a király nevében és megbízásából azt itéli, hogy a tatrangiak tartozzanak a vizet régi medrében a prásmáriak malmára eresztetni, a magok malmát pedig mostani helyéről, hol csak áradás idején lehet őrölni, szállit-hassák át a Tatrang folyó régi igazi medrére, a prásmári malomtól kellő távolságra, egyszersmind a magok használatára s barmaik itatására szükséges vizet, a prásmári malom kára nélkül, mindig falujokhoz vezethessék. Kelt Brassóban 1484. nov. 4-én.

Nos Comes Stephanus de Bathor Wayuoda Transsylvanus Siculorumque Comes, necnon Judex Curie Serenissimi Principis Domini Matthie dei gracia Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croacie etc.

¹⁾ **Köszvényes** falu Maros szék éjszaki részén.

Regis, Memorie commendamus per presentes. Quod nos feria sexta proxima ante festum omnium Sanctorum **vnacum certis Nobilibus et pocioribus Siculorum** harum parcium Transsylvanarum certis et rationabilibus ex causis penes nos existentibus, in Ciuitate Brassouensi constitutis, Circumspecti viri Joannes Goebel Judex, ac Nicolaus similiter Goebel, et alter Nicolaus Hozyw Jurati ciues Oppidi nostri Prasmar, in ipsorum ac vniuersorum populorum et inhabitatorum eiusdem Oppidi personis nostram venientes in presenciam, graui cum querela nobis exponere curauerunt in hunc modum, quomodo populi et Jobagiones prefati domini nostri Regis in possessione **Thatrang** in pertinencijs Castri **Therch** habita commorantes ¹⁾ quendam fluuium Thatrang nuncupatum, qui alias versus idem Oppidum Regale Prasmar et super medium eiusdem fluxisset, de proprio suo alueo et meatu aggeribus constringentes in alium meatum versus dictam possessionem Thatrang ad quoddam videlicet molendinum eorum in facie eiusdem possessionis constructum fluere fecissent et procurassent, in quibus inhabitatores dicti Oppidi Prasmar in molendinis eorum super eodem fluuio constructis et Oppido ipsorum propter defectum aque a plerisque temporibus multa dampna et incommoda perpassi fuissent, paterentur eciam de presenti, in preiudicium eorum et dampnum valde ingens, Cumque nos predictos populos et inhabitatores dicte potsessionis Thatrang prima nostri in presenciam accersiri conuocarique fecissemus, ijdem populi et Jobagiones Regij contra prefatos inhabitatores Oppidi Prasmar respondissent, quod hoc bene verum foret, quod dictus fluuius ad prescriptum eorum molendinum in facie prenotate possessionis Thatrang constructum flueret, non tamen ipsi dictum fluuium de antiquo suo meatu ad alium fecissent neque procurassent fluere meatum, sed semper et ab antiquo per illum eundemque meatum et alueum ad molendinum ipsorum fluxisset, flueretque eciam de presenti, et sic ipsi prefatis Saxonibus et inhabitatoribus Oppidi prenarrati nulla dampna intulissent, Nobis itaque continuis querimonijs dictorum Oppidanensium et Saxonum admodum lassatis, viam ampliozem huiusmodi differenciarum et quer-

¹⁾ **Tatrang** falu a Barczaságon, a Töröcsvári uradalomban, Prásmár mezőváros szomszédságában.

moniarum precludere cupientibus, ad preces eorundem Ciuium de Prasmar, sed et prudentum et circumsectorum virorum Petri Keuel Judicis et Joannis Felterek Jurati Ciuis Ciuitatis Brassouiensis predictae, nos propria in persona simul certis Nobilibus, sed et prefato Petro Keuel et Joanne Feltherek, ad conspiciendum et intuentum dictum fluuium Thatrang, exitumque et fluxum eiusdem accessimus. Cum itaque ad faciem dicte possessionis Thatrang, consequenterque ad prenarratum fluuium similiter Thatrang dictum peruenissemus, vniuersisque populis et Jobagionibus in eadem possessione Thatrang commorantibus inibi legitime conuocatis, prefatis eciam Joanne Goebel Iudice ac Nicolao similiter Goebel et altero Nicolao Hozyw Juratis Ciuibus dicti Oppidi Prasmar, quampluribusque alijs inhaeratoribus Oppidi eiusdem, in ipsorum ac totius Communitatis Oppidi eiusdem personis ibidem adherentibus, et presentibus, iuxta eundem fluuium in transitu suo versus alpes, vnde scilicet fluebat, per magnum spacium procedendo, et dum ad quendam locum, vbi scilicet certa pars ipsius fluuij versus villam Regalem **Herman** appellatam declinat et conuertitur, peruenissemus, tunc ibi tam dictos Iudicem et Juratos Ciues de Prasmar, quam inhaeratores ipsius possessionis Thatrang requisitos habuimus, si videlicet ipse fluuius in recto, et vero, ac antiquo meatu existat, an ne, et vtrum aliqua discrepantia inter eos sit, Vbi ipse partes vnanimi voce responderunt, ipsum fluuium in vero et recto meatu esse, nec ibi aliqua discrepantia inter illos esset. Quibus auditis terga versi sumus versus dictam possessionem Thatrang, in transitu eiusdem fluuij in plerisque locis ipsas partes requisitas habuimus, si ipse fluuius in vero et recto meatu esset, ipse autem partes nullibi sibi ipsis contradicebant. Tandem vero dum peruenissemus ad quendam locum, vbi videlicet ipsum fluuium versus dictam possessionem Thatrang declinare conspeximus, tunc ibi prefati Iudex et Jurati ceterique Ciues de Prasmar ipsum fluuium de recto et antiquo meatu defluere, et per inhaeratores eiusdem ville Thatrang de vero meatu effossum fore allegabant, verum prout oculis intueri potuimus, nobis et alijs probis et notabilibus viris nobiscum existentibus videbatur, quod licet ipse fluuius tempore inundacionis et excrescencie aquarum, et versus dictam possessionem Thatrang fluxum habuerit, verum tamen vetus et antiquus

meatus ipsius fluuij versus dictum Oppidum Prasmar et ad molendinum eorum prescriptum super ipsum fluuium constructum esse apparebat manifeste. Et cum super hoc verius experiri voluissemus, versus dictam possessionem processimus, vbi ipse fluuius per quoddam pratum inter rubeta quedam fluendo, non tam euidentem meatum sic versus dictum Oppidum Prasmar habere dignoscebatur. Exinde vero diuertimus nos ad molendinum eorundem Ciuium et inhabitatorum de Prasmar fluuio in eodem edificatum, vbi ipsi Ciues et Oppidanenses exhibuerunt nobis quasdam litteras Magnificorum quondam **Joannis et Michaelis Jakch de Kussal Comitum Siculorum** in oppido Rosnyo secundo die festi diuisionis Apostolorum Anno domini Millesimo Quadringentesimo Vigesimo Septimo in pergamento patenter confectas, exprimentes, qualiter ipsi Joannes et Michael Jakch Siculorum Comites ex annuencia et propria commissione Serenissimi Principis et Domini Sigismundi dei gracia Romanorum Regis semper Augusti, ac Hungarie, Bohemie, Dalmacie, Croatiae etc. Regis, domini ipsorum graciousissimi, pro vtilitate et comodo prouidi viri quondam Philippi lapicide hospitis pretitulati Oppidi Prasmar, de mera sue Regie liberalitatis potestate et gracia speciali, id duxisset annuendum et concedendum, vt ipse Philippus in fluuio seu aquis pertinentibus, atque territorio dicti Oppidi Prasmar, intra veras metas et cursus metales eiusdem existentibus, vbique locorum, vbi sibi conueniens visum fuisset, molendinum quale voluisset, sibi ipsi facere, ordinare, et edificare, factumque et ordinatum in perpetuum et heredum heredes tenere, possidere et habere valeret, atque posset, de Regia et ipsorum Joannis ac Michaelis Jakch annuencia et concessione speciali, ita tamen, quod ipse Philippus ac sui heredes **iura Regalia atque census Regales ad instar vniuersorum hominum in terra et districtu Barcza molendina possidencium, dicte Regie Maiestati, nomineque eius Comitibus dictorum Siculorum pro tempore existentibus dare et administrare teneantur.** Quas quidem litteras coram cunctis ibi adherentibus perlegere, et exponere fecimus, ex quibus clare innotescebat, quod molendinum prefatorum Ciuium et inhabitatorum de Prasmar ab antiquo meatu ipsius fluuij rite et legitime esset constructum et edificatum. Exinde igitur conuersi versus molendinum dictorum populorum possessionis Thatrang in

facie eiusdem possessionis super eodem fluuio constructum, vbi ijdem populi et Jobagiones possessionis eiusdem presentauerunt nobis duas litteras, vnam Egregiorum Joannis de Fahid et Demetriij Loz alias Castellanorum dicti Castri Therch, qua mediante ijdem Castellani ad preces prouidi condam Blasij Nagy in eadem Thatrang residentis, eidem super eundem fluuium vnum molendinum edificare concessissent, et aliam nostram in Brassouia feria tertia proxima post Dominicam Reminiscere Anno domini Millesimo Quadringentesimo octuagesimo in papiro patenter confectam, qua mediante nos huiusmodi annuenciam dictorum Johannis de Fahid et Demetriij Loz per eosdem factam, gratam et acceptam habuissemus, et ipsum molendinum honeste domine Elisabethe relicte, ac Stephano et Simoni filijs, et Agathe filie eiusdem quondam Blasij Nagy contulissemus perpetuo possidendum. Habita itaque huiusmodi reambulacione, visoque et considerato meatu ipsius fluuij, ac situ dictorum molendinorum, quia molendinum dictorum Ciuium et hospitem de Prasmar in vero, et recto, ac antiquo meatu dicti fluuij, ex annuencia dictorum Joannis et Michaelis Jakch Comitum Sicularum rite et legitime constructum fore, molendinum vero prefatorum populorum in dicta possessione Thatrang residencium non alias nisi tempore inundacionis et excrescencie aque et fluuij decurrere et molire posse agnouimus, et conspeximus, Ideo nos tum ex causis premissis, tumque pro commodo et vtilitate prefati Domini nostri Regis, et pro augmento dicti sui Oppidi, nomine et authoritate eiusdem domini nostri Regis taliter commissimus, quod prefati populi et inhabitatores dicte possessionis Thatrang dictum fluuium Thatrang apellatum in vero et antiquo suo meatu versus dictum Oppidum Prasmar, et ad dictum molendinum ipsorum Oppidanensium fluere permittant, et permittere debeant, nec ipsum de vero et antiquo suo fluxu excipere audeant. Annuimus insuper eisdem populis et inhabitatoribus dicte possessionis Thatrang, vt ipsi dictum eorum molendinum de loco pociori, vbi videlicet nunc est, et ad alium locum, ad rectum videlicet et verum meatum ipsius fluuij, super molendinum dictorum Ciuium et hospitem de Prasmar, in tanta distancia, quod molendino ipsorum hospitem de Prasmar nocere et preiudicare non possit, transferre et edificare valeant, Ita tamen, quod ipsa aqua, et molendinum eorum voluens, semper in

recto, et vero, ac antiquo meatu, et ad molendinum ipsorum Oppidanorum de Prasmar, consequenterque ad dictum eorum Oppidum fluere et meare debeat, et possit. Annuimus eciam ipsis populis et Jobagionibus in dicta possessione Thatrang residentibus, vt ipsi pro vsu eorum, et pro adaquacione pecorum et pecudum ipsorum, per ipsum meatum versus dictam possessionem Thatrang aquam necessariam semper recipere et habere valeant, ita videlicet, vt per hoc molendinum dictorum hospitem de Prasmar in aqua defectum non paciatur. In cuius rei memoriam, firmitatemque perpetuam has litteras nostras Sigilli nostri munimine roboratas eisdem Ciuibus et hospilibus de Prasmar duximus concedendas, Juris eorum ad cautelam. Datum in dicta Ciuitate nostra Brassouensi octauo die termini prenotati, Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto.

Báthori István ezen levelét a pásmáriak kérelmére átírta és megerősítette II. Ulászló király Budán 1490. oct. 21-dikén. Ezt az átíratot ismét átírta és megerősítette II. János király Brassóban 1568. febr. 12-dikén. Ezen utóbbi átírat megvan Prásmár mezőváros levéltárában, másolata pedig az erdélyi főkörmányszék levéltárában 5326. 1785. szám alatt. Erről vett másolata megvan az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. Appendix VII. köt. 106. sz.)

CXCIII.

Mátyás király, az erdélyi nemesek és szászok követek által előterjesztett panasza következtében, mely szerint a közöttök lakó oláhok birtokaikat tüzzel vassal pusztítják s a nemeseket iszonyúan öldöklék, megparancsolja Szentgyörgyi és Bazini gróf János erd. vajdának s a székelyek ispánjának, hogy az oláhokat csendesítse le, a lázongóknak vétesse fejöket, s ha tovább is ellent állának, irtsa ki őket. Kelt az Eggenburg alatti táborban 1484. nov. 17-én.

Mathias Dei gracia Rex Hungarie ect. Magnifico viro **Joanni Comiti de Sancto Georgio et Bozyn, Vaiuode Transsiluano et Comiti Siculorum** Salutem et gratiam. Intelligimus ex querelis vniuersorum Nobilium et Saxonum parcium nostrarum Transsiluanarum,

Maiestati nostre per ablegatum eorum Georgium Kemen de Gereu, et Gotofredum fibulum de Cibinio, modo quo decuit demisse expositis, qualiter gens Olachorum in medio eorum constituta, tumultuario insultu, armataque manu, possessiones eorum infestaret, flammis omnia deuastaret, horrendumque in modum ipsos Nobiles plerosque interficeret, et licet Olachi nec ad libertatem vocati, nec ad libertatem nati ¹⁾, tamen libertatem contra Regni mandatum vi quasi et facinoribus sibi arrogare audeant, Nos itaque, qui ab inicio suscepti Regiminis nostri vnicuilibet Jura, res, possessiones sartas tectas conseruari facere intendimus, eiusmodi attentata Olachorum nostrorum nullatenus tolerare possumus, sed ne volumus quidem, mandamus tenore presencium fidelitati vestre firmissime, vt infidelissimos Olachos vi eciam armata ad tranquillitatem adigat, adigique faciat, sediciosos capite plectendo, si vero semet porro quoque inobedientes mandatis ostenderent, eos exterminare, nec amplius vivere sinatis. Secus non facturus sub amissione gracie nostre Regie, et indignacione Datum in Campo ante Egenburgam Anno domini Millesimo Quadringentesimo Octuagesimo quarto, feria quarta proxima post festum beati Martini.

Kiadta gr. Kemény József, Tudom. Gyűjt. 1830. III. köt. 104. I. Másolata megvan az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Dipl. Trans. Tom. III. 446. 1.) — Az eredeti hol létét gr. Kemény József sem itt sem amott nem jegyzette föl.

¹⁾ E szavakhoz gr. Kemény József, ezen oklevélnek általa saját kezével vett másolatában, ezt az oldaljegyzetet tette: „**Vix crediderim haec Mathiam scripisse, si Valachus origine fuisset.**”

CXCIV.

Báthori István erdélyi vajda és székelyek ispánja megparancsolja a görgényi várnagyoknak, Maros szék kapitányainak s más hadi tiszteknek, hogy a m.-vásárhelyi lakosokat, kik régi szokás és törvény szerint az országon kívül táborozni nem tartoznak, s kiket, míg a királynak tetszeni fog, minden kül hadjárati teher alól felmentett, a jelen hadjáratban részt venni ne kényszerítsék, fenmaradván régi kötelezettségök, hogy az ország határán belől táborba szállani tartozzanak. Kelt Medgyesen 1484. nov. 23-dikán.

Comes Stephanus de Bathor Wayuoda Transsiluanus Siculorumque Comes necnon Judex Curie Serenissimi principis domini Mathie dei gracia Regis Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Egregijs et Agilibus viris Castellanis nostris Castri Gergijn eorumque officialibus et vicesgerentibus necnon **Capitaneis Judicibusque et Senioribus Sedis Maros**, cunctis eciam Sollicitatoribus et leuatoribus gencium et exercituum quorumlibet harum parcium Transsiluanarum, nunc constitutis et infuturum constituendis, presencium noticiam habituris, Salutem et fauorem. Expositum extitit nobis, In personis **vniuersorum Siculorum pociorum Sedium Sicculicalium**, Quomodo antiqua consuetudo et lex populorum et inhabitatorum, **Opidi Zekelwasarhel, in Sede Maros existentis**, ea fuisset, Quod ipsum opidum ipsiusque Inhabitatores, vllo vnquam tempore extra terminos huius Regni Transsiluani, exercituare et bellare obligatj fuissent, Necque compelli deberent, Sed solummodo in hoc Regno exercituare, et onera exercitacionis supportare assueti fuissent, Supplicatum ergo nobis est In personis eorundem Sicculorum pociorum vt Nos prefatos populos et Sicculos dictj opidi Wasarhel, in premissa eorum consuetudine et libertate tenere et conseruare dignaremur Et quia peticio ipsorum exponencium Justa atque digna nobis fore visa est, tum igitur exeo, tumque pro vtilitate et comodo Regie Maiestatis, vt videlicet ipsum opidum suum Wasarhel eomagis augmentaretur et populosa efficeretur, Idem opidum Wasarhel, ab ingressu cuiuslibet exercitus et onere belli, extra terminos huius Regni qualitercunque et contra quosuis hostes instaurandi, tempore nostri et tandem quousque Regie placuerit voluntatj duxi-

mus eximendum et supportandum, ijmmo eximimus et supportamus, presencium per vigorem. Quocirca vobis et vestrum vnicuique committimus, et Regia in persona firmiter mandamus presentibus, quatenus, amodo imposterum prelibatos populos et inhabitatores dicti opidi Wasarhel, ad ingrediendum aliquem exercitum vel onus belli extra hoc Regnum, qualitercunque et contra quosuis hostes instaurandi, artare et compellere vel eos propter non interessenciam talium exercituum In eorum personis Rebusque et bonis quomodo Impedire turbare et dampnificare non presumatis, Nequo sitis ausi modo aliquali, Ita tamen vt ipsi opidanenses intra hoc Regnum, prout mos et cunsuetudo eorum requirit, dum opus fuerit exercituare teneantur Secus igitur non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Opido Megijes feria tertia proxima post festum Beate Elijzabeth vidue, Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo quarto.

(P. H.)

Eredetije M.-Vasárhely város levéltárában.

CXCV.

Telegdi István erdélyi alvajda megparancsolja Sepsi szék biráinak és királybirájának, hogy a Szárazajtai Barlabási Lukács özvegye Agatha és más részről Besenyőn és Rétyen lakó Simonfi Tamás és György s Fel-Ajtán lakó Nagy Barabás között folyó perben hozott s általa helyben hagyott ítéletök értelme szerint, egyik közzülök menjen ki Szárazajtára s a falu népétől eskü alatt kérdezze ki, hogy a két fél közt perben forgó száraz-ajtai székely örökségek melyik felet illetik, s azokat ezen vallomás szerint adja át az illető félnek. Kelt Kolozsvárt 1484. dec. 13-dikán.

Stephanus de Thelegd Vicewayuoda Transsiluanus. Agilibus **Judicibus et Judici Regio Sedis Sepsy** debitam reuerenciam cum honore. Exponitur nobis in persona honeste domine Agathe consortis Luco Barlabasy de **Zarazaytha** ¹⁾, quomodo quadam causa

¹⁾ Száraz-Ajta falu Miklósvár széken.

inter ipsam exponentem ab vna, partu vero ab altera Thomam et Georgium Simonfy in **Besenyw** et **Reyh** ¹⁾ necnon Barnabam Nagy in **Felaytha** ²⁾ commorantes, ex parte quarundam **hereditatum Siculicalium** in prefata villa Zarazaytha habitarum, ipsam prefatam dominam Agatham, vt dicitur, auito iure concernencium, coram vobis mota et exorta fuisset, et ventilata, ac per vos adiudicata eo modo, vt ipsa villa Zarazaytha communiter ad fidem ipsorum deo debitam fateri teneretur, quod ipse hereditates Siculicales ipsam partem concernerent, tunc illa instans pars per ipsos villanenses triumphans in ipsis hereditatibus persisteret et permaneret, super quo Iudicio vestro idem ³⁾ exponens contenta prefate vero partes aduerse non contente ipsam causam nostram in presenciam prouocassent discuciendam, tamen ipse partes aduerse coram nobis non comparendo, prefata vero exponens comparendo, et quoniam ipsa vestra adiudicacio nobis Juri consona fore videbatur, propter que huiusmodi vestram adiudicacionem vigorosam relinquimus, Ideo requirimus vos et nihilominus in persona domini nostri graciosi vobis finniter committimus, quatenus agnitis presentibus, alter vestrum ad dictam possessionem accedere, ibique vniuersos populos et Inhabitatores eiusdem possessionis Zarazaytha ad fidem eorum deo debitam more patrio coram ipso altero vestrum presentes inquirere, et inuestigare debeat de eo, vtrum dicte hereditates Siculicales dictam dominam exponentem, aut partem aduersam de Jure concernerent. Et post hec huiusmodi rescite veritatis premissorum, ipsas hereditates Siculicales parti illi, quam ex fassionibus populorum tangere comperitur, relinquere et committere pacifice possidendas debeat et teneatur. Secus non facturi. Presentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum in Koloswar, feria tertia proxima post festum Concepcionis beate Marie virginis, Anno domini Millesimo quadringentesimo octuagesimo octauo.

(P. H.)

¹⁾ **Besenyő** és **Réty** Sepsí széki falvak.

²⁾ Fel-Ajta, a mai **Közép-Ajta** Miklósvár széken.

³⁾ Igy, **eadem** helyett.

Volumus eciam, vt res et bona, si quas et que forte recepissetis a prefata domina exponente, restituatis.

A gr. Kálnoki család levéltárában lévő eredetiről másolta gr. Kemény József (Dipl. Trans. Appendix VII. köt. 108. sz.)

CXCVI.

Báthori István erdélyi vajda és székelyek ispánja Maros széknek megtiltja, hogy a vásárhelyi lakosok ügyében, kik régi törvény és szokás szerint minden ügyeiket magok itélik el, többé itélni ne merjen. Kelt a Földvár melletti táborban 1485. oct. 23-án.

Comes Stephanus de Bathor, Judex Curie Regie Wayuodaque Transsiluanus et **Siculorum Comes** etc. Agilibus viris **Capitaneis, Judicibus, Senioribusque et Assessoribus Sedis Maros** Salutem et fauorem, Expositum est nobis in personis vniuersorum populorum, et Inhabitorum **Opidi Wasarhel** Quomodo licet antiqua lege et consuetudine ipsorum requirente uniuersae et quaslibet causas ac lites inter eos motas et exortas ipsimet Judicandi habuerint facultatem, et in presencia ipsorum prosequi debuerint, Tamen nunc nonnulli forent inter ipsos et in medio eorum commorantes qui causas suas vestri in presencia prosequerentur, et per vos adiudicari facerent Impreiudicium prelatorum exponencium et Juris eorum derogamen valdemagnum. Et quia nolumus ipsos exponentes in ipsorum Juribus opprimere. Idcirco committimus vobis et presentibus firmiter mandamus quatenus agnita presencium noticia, a modo imposterum, causas prefatorum exponencium vel eorum alicuius vestri in presenciam acceptare et in eis aliquam adiudicacionem facere non audeatis, Sed ipsi exponentes, causas eorum Judicare debeant atque valeant Secus non facturi presentibus perlectis exhibenti restituti. Datum in Castris nostris circa opidum Fewldwar metatis die dominico proximo post festum Vndecim Miliun Virginum et martirum Anno domini Millesimo Lxxx-mo quinto.

(P. H.)

Eredetije **M.-Vásárhely** város levéltárában.

CXCVII.

Mátyás király Székely-Vásárhely lakosait mindennemű vámfizetés-től örökre felmenti. Kelt Budán 1486. jan. 6-án.

Nos Mathias dei gracia Rex Hungarie et Bohemie etc. Memorie commendamus tenore presencium significantes Quibus expedit vniuersis. Quod Nos cum ad humillimam supplicacionem fidelis nostri Magnifici Comitis Stephani de Bathor Judicis Curie nostre et Waywode nostri Transsiluani etc. per eum pro parte fidelium nostrorum **vniuersorum Ciuium et Incolarum Oppidi nostri Zekelwasarhel dicti in sede Marusiensi existentis** commorancium, Nostre propterea factam Maiestati, Tum vero pro comodo et vtilitate atque (futura tranquillitate) Ciuium eorundem eosdem vniuersos Ciues et Incolas a solutione cuiuscunque (trib)uti sew thelonij quod ijdem de Curribus equis Bobus personis rebusque et bonis ipsorum Mercimonialibus et venalibus quibuscunque vbiuis per totum Regnum nostrum et partes sibi subiectas, In quibuscunque Locis Tributorum tam nostrorum Regalium et Reginalium, quam aliorum quorumcunque soluere debent, In perpetuum duximus graciose eximendos libertandos et simpliciter supportandos, Ymmo eximimus libertamus et supportamus presencium per vigorem, decernentes per expressum, prefatos vniuersos ciues et incolas Nullo vnquam tempore ad aliquam solutionem Tributariam compelli debere et astringi. Quocirea vobis fidelibus nostris vniuersis et singulis dominis prelati Barronibus Comitibus Castellanis Nobilibus Horumque officialibus item Ciuitatibus, Oppidis, et Villis earumque rectoribus Judicibus et villicis Necnon Tributarys et Theloniatoribus tam nostris Regalibus et Reginalibus quam aliorum quorumcunque vbiuis tam in terris quam super aquis In dicto Regno nostro et partibus sibi subiectis Tributa habencium tenencium et exigencium, presentibus et futuris presencium noticiam habituris, harum serie strictissime committimus et mandamus aliud habere nulla ratione volentes, Quatenus a modo deinceps perpetuis semper successiuis temporibus prefatos vniuersos Ciues et incolas dicti Oppidi nostri Zekelwasarhel, aut eorum alterum hominesque et familiares eorundem ad alicuius Thelonei sew tributi solutionem Racione bonorum

et rerum ipsorum mercimonialium ac aliarum quarumcunque, in locis dictorum tributorum sew Theloniorum in eundo redeundo et pausando contra huiusmodi gracious exempcionem et libertacionem artare et compellere, aut ipsos uel eorum alterum propter non solutionem eorundem, in personis rebusque et bonis suis quibusuis impedire turbare sew aliter quouismodo dampnificare sew dampnificari facere nullo vnquam tempore presumatis, sed eosdem vbique libere cum omnibus rebus et Bonis eorum absque alicuius Tributi sew Thelonij solucione ire et pertransire permittere et permittifacere debeatis et teneamini aliud nullatenus facturi, presentes vero quibus secretum sigillum nostrum est appensum semper reddi Jubemus presentanti. Datum Bude in festo Epiphaniarum domini Anno eiusdem Millesimo Quadringentesimo octogesimo sexto. Regnorum nostrorum Anno Hungarie etc. vigesimo octauo Bohemie vero decimo septimo.

II. Ulászló 1498-diki átiratából, melynek eredetije megvan M.-Vásárhely város levéltárában. — Töredékesen kiadta Eder, *Observationes ad. hist. Felmeri.* 222. 223. l.

CXCVIII.

Báthori István országbiró, erdélyi vajda és székelyek ispánja, bizonyítja, hogy előtte Szentpáli Becze Márton, Szentpáli Kornis Gergely, Csiki Balázs és Bögözi János nemes emberek Teremi Sikesd Miklóssal és Jánossal úgy egyeztek meg, hogy ez utóbbiak néhai Becze András megöletéséért s a nekik tett károkért fiának Becze Mártonnak 80 arany forintot fizettek, miért is a két fél az ez okon egymásnak okozott károk és sérelmek ügyében keresetéről 80 arany forint büntetés terhe alatt lemondott, ide nem értve azonban a közöttök bizonyos székely örökségek iránt folytatható pereket; továbbá abban is megegyeztek, hogy a közelebbi új év napján Nyujtódi Pál, Kaczai Antal és Ősi Sándor a székelyeket a felek jelenlétében

székely szokás szerint kérdezzék ki egyenként, melyik féllel tartanak, s ezután egyik fél se merje a másik fél emberét 25 forint büntetés terhe alatt maga mellé venni vagy elfogadni. Kelt Beszterczén 1486. sept. 8-dikán.

Nos Comds **Stephanus de Bathor** Waijuoda Transsiluanus, **Siculorum Comes**, necnon Judex Curie Serenissimi principis domini Mathie Dei gracie Regis Hungarie Bohemie Dalmacie Croacie etc. Memorie commendamus Quod Nobiles Martinus filius condam Andree Becze de **Zenthpal** ¹⁾, ac Gregorius kornijs de eadem, Blasius de Chijk et Joannes de **Begez** ²⁾ ab vna, parte vero ab altera Nicolaus et Joannes Sijkesd de Theremj, coram nobis personaliter constituti, sunt confessi in hunc modum, Quod licet inter ipsas partes racione et pretextu (necis et) interempcionis (Nobilis v)iri Andree Becze, nonnullorumque aliorum nocumentoram et dampnorum per eosdem (Nicolaum et Jo)annem (perpat)ratorum et commissorum certe lites et controuersionis materie suborte fuerint et

..... ordinacione

talem pacis et concordie deuenissent vnionem, ymmo deuenerunt nostri in presencia tali ordine, Quod prefati Nicolaus et Joannes Sijkesd in recompensam et ob satisfaccionem premissae necis et interempcionis prefati olim Andree Becze et aliorum vniuersorum Nocumentorum et dampnorum per eosdem modo quo supra patratorem et commissorum prefato Martino Becze Octoaginta florenos auri persoluissent et persoluerunt coram nobis, ijdemque Martinus Becze, Gregorius kornijs Blasius Chijkij et Johannes Begezij, prelibatos Nicolaum et Johannem Sijkesd, vniuersosque fratres et familiares ipsorum, et alios homines, ad eos pertinentes, de et super premissa nece et interempcione dicti olim Andree Becze aliisque vniuersis dampnis Iniurijs et quibuslibet Nocumentis ac malorum generibus quomodocumque et per quemcumque modum irrogatis et commissis, Et econuerso ijdem Nicolaus et Johannes Sijkesd, prenominatos Martinum Becze ac Gregorium kornijs, Blasium

¹⁾ **Homoród-Szent-Pál** Udvarhely széken.

²⁾ **Begez**, ma **Bögöz**, ugyanott.

Chijkij et Johannem Begezij, ipsorumque fratres et quoslibet homines ad eos pertinentes, de et super vniuersis dampnis Iniurijs ac Nocumentis differentijsque et dissensionibus quouismodo inter ipsas partes preuia ratione suscitatis, **demptis dumtaxat causis, factum Hereditatum Siculicalium tangentibus**, quas ipse partes contra sese mouendi et prosequendi habeant facultatem, quittos et expeditos ac modis omnibus absolutos reddidissent et commisissent ijmmo reddiderunt et commiserunt nostra in presencia, Tali sub obligamine, Quod si qua parcium in huiusmodi dispositione persistere nollet, vel eam, in aliqua sui parte infringere attemptaret, Extunc talis pars, contra partem alteram, in premissis persistentem, in Octoaginta florenis auri, quorum medietas nobis, altera autem medietas, parti aduerse proueniat, conuincatur et conuinci debeat eofacto, Voluerunt eciam ipse partes, Quod in festo Circumcisionis nunc affuturo Agiles **Paulus Noijthodj et Anthonius Kachaj ac Sandrinus Ewsij, in medium Siculorum ad ipsas partes, more Siculicali audiencium et attendencium accedant, ibique omnes et quoslibet Siculos ipsarum parcium exquirant et sciscitentur, ad quam parcium, vnusquisque illorum deinceps audire et attendere voluerit, et cui consuetudine Siculorum (requi)rente se subicere elegerit, Quo facto nulla pars imposterum Siculos sew obauditores alterius partis, contra voluntatem eiusdem partis, sub pena viginquinque florenorum ad se assumptere et acceptare audeat** ¹⁾, Ad que promissa et premissorum quorumlibet singula, se eedem partes spontanea earum obligarunt voluntate coram nobis, Harum nostrarum vigore et testimonio literarum mediante, Datum in Bistricia In festo beate Marie virginis, Anno domini Millesimo quadringentesimo octoagesimo sexto.

Eredetije papiron, a hátára sárga viaszba nyomott pecsét töredékével, az erd. Muzeumban (Mike Sándor gyűjt. I. köt.).

¹⁾ Itt egy nevezetes ősi székely szokás nyomára találunk, mely szerint a köz székelyek az előkelők egyikéhez vagy másikához kötelezték magokat s azok versengése esetében az illető féllel tartoztak tartani.

CXCIX.

Báthori István erdélyi vajda és székelyek ispánja néhai Szentgyörgyi Balázs székely örökségei és tisztségei dolgában, a vele törvényszékel ülő előkelő székelyek tanácsát kihallgatva, a székelyek szokása és törvénye szerint hogy ítél, hogy ezekben néhai Szentgyörgyi Balázs leányai Mártha, Hidvégi Mikó Lőrinczné, és Anna, Szentannai Tóth Miklósné, egyenlően osztozzanak Szentgyörgyi Györggyel, néhai Szentgyörgyi Balázs testvérével, ki ez örökségeket és tisztségeket, mint fiu ági örökös osztatlanul akarta magának tartani s a tisztség jövedelmét a mult évben egymaga számára szedte; ellenben a perbe magokat beavató Tamási Péter, kinek anyja Szentgyörgyi György atyjával Barabással testvér volt, és Kerelői Pál, kinek neje Mártha, néhai Szentgyörgyi Balázs Mártha nevü leányának leánya, mint leányági örökösök csak az említett fiuági örökösök maradékainak kihaltával tarthassanak igényt az említett örökségekre. Kelt Kolozsvárt 1486. oct. 18-án.

Nos Comes **Stephanus de Bathor** Wayuoda Transsiluanus et **Siculorum Comes**, necnon Judex Curie Serenissimi principis domini Mathie dei gracia Regis Hungarie Bohemie etc. Memorie commendamus Quod nobis in festo beati Galli confessoris in koloswar **vnacum certis Nobilibus, et Siculis pocioribus**, ad nos, pro audiendis et ordinandis quibusdam factis Regijs venientibus, constitutis et existentibus, Agiles Laurencius Mijko de Hydweg, ac Nicolaus Thoth de Zenthanna, in ipsorum ac Nobilium dominarum Matthe ipsius Laurencij, et Anne dicti Nicolai consortum, filiarum videlicet **olim Blasij de Zenthgergh** ¹⁾, personis, presente ibidem Georgio filio olim Barnabe de eadem Zenthgergh, nostri veniendo in presenciam, per eosdem Laurencium et Nicolaum, contra dictum Georgium, propositum extitit tali ordine, Quomodo idem Georgius, dictas dominas Martham et Annam, hereditatibus ac officijs Siculi **calibus paternis**, per mortem dicti condam Blasij, in ipsas dominas

¹⁾ Ez a **Szentgyörgyi Balázs** ugyanaz a személy, ki Mátyás király 1481-ki jul. 23-dikán kelt levelében **Erdő-Szentgyörgyi Medgyes Balázs** néven van említve. Lásd föntebb **CLXXXIX. sz.**

ac prefatum Georgium Jure hereditario condescensas, Inporcionatas efficere velet, et niteretur, et nullam porcionem ipsis dominabus, de dictis hereditatibus et officijs, dare vellet, et Anno preterito, prouentus officiorum ipsorum solus dumtaxat ipse Georgius percepisset, Inpreiudicium ipsarum dominarum et dampnum valde magnum, Quo audito, Idem Georgius respondit ex aduerso Quod hoc verum sit, quod ipse dictas hereditates Siculicales possidere vellet, fructus eciam dicti officij Anno preterito percepisset, Sed ipse hereditates et officia, dictas dominas minime concernent, eo quod ipse esset heres masculinus in ipsis hereditatibus, Dum hec sic aguntur, Agilis Petrus Thamasij, de medio aliorum nostram exurgendo presenciam a tercia partibus respondit, Quod quia mater ipsius Petri ac dictus condam Barnabas Auus dictarum dominarum, pater ipsius Georgij ab vno patre et matre essent nati, Ideo ipse hereditates et officia, ipsum Petrum, ita concernent, sicuti dictum Georgium ac dictas dominas, Martham et Annam, Tandem vero Paulus de Kerelew, de medio aliorum a quarta partibus modo simili nostram se erigendo in presenciam, in persona Nobilis domine Marthe consortis sue, proposuit eomodo, Quod ipsa domina Martha consors sua esset filia Nobilis condam domine Marthe, filie videlicet dicti olim Barnabe Zenthgerghgij, propter quod **eadem domina de dictis hereditatibus porcionem habere velet, Lege Regni requirente**, Quequidem partes huiusmodi genealogiam denegare non potuerunt, Sed fere omnes Siculi approbauerunt, Nos igitur eorundem Siculorum pociorum habito consilio prematuro, cum eisdem Siculis, Juxta legem et consuetudinem eorundem in facto dictarum hereditatum Talem fecimus Adiudicacionem, Quod dicte hereditates, ac officia, et honores, prefati olim Barnabe, Aui videlicet dictarum dominarum, et Georgij Zenthgerghgij, ita, et eodem Jure, easdem dominas, Martham, dicti Laurencij, ac Annam, pretitulati Nicolai Thoth, consortes, sicuti ipsum Georgium, concernere videntur, et inter eos equaliter diuidi debeant, Nec autem prefati Petrus Thamasij, ac domina Martha, consors dicti Pauli, tandiv donec prefati Georgius, ac domina Martha et Anna superstitites et heredes habuerint, ad dictas hereditates, Aliquod Jus, aut dominij proprietatem habere valeant, prout leges eorundem Siculorum per eosdem nobis declarate denotant, In cuius rei testimo-

nium presentes literas eidem Nicolao Thoth, et Laurencio Mijko, duximus concedendas. Datum loco in prescripto tercio die termini prenotati, Anno domini Millesimo quadringentesimo Octoagesimo sexto.

(P. H.)

Eredetije papiron, az aljára zöld viaszba nyomott pecsét nyomával, az erd. Muzeumban (Jos. Com. Kemény Diplomatarium Autographum Tom. II.).

CC.

Báthori István erdélyi vajda Brassó városához intézett levelében szabályozza a brassóiak által Havasalföldről behozandó bortól a töröcsvári várnagyoknak fizetendő vámot, továbbá szabad kivitelt enged nekik Havasalföldre, lovakon, fegyvereken és hizott juhokon kívül minden más árut illetőleg, s végre a brassai birót vagy két más polgárt a jövő vizkereszt napjára Maros-Vásárhelyre hívja, hogy velők értekezzék. Kelt Beszterczén 1486. dec. 6-án.

Prudentes ac Circumspecti viri, Amici nostri dilecti. Intimata vestra intelleximus. Sciatis igitur, quod nos in cunctis rebus vestris vobis proteccione et auxilio esse cupimus, nec vos in Iuribus vestris turbare, sed potius tueri optamus. En igitur commisimus, vt **Castellani nostri Castri Therch** ¹⁾ ab vno quoque vase vini, quod de partibus Transalpinis deducitur, plus quam octo Azoras, vel quatuor pinta hoc est **eijthel** ²⁾ exigere non audeant, de alijs vero rebus tam ferreis, quam alijs omnibus talem ipsis Castellanis no-

¹⁾ A töröcsvári várnagyokat Báthori István erd. vajda itt saját várnagyainak nevezi, a menyiben t. i. ő egyszersmind székelyek ispánja is volt; Töröcsvár ugyanis mind addig, míg a XV-ik században az erdélyi vajdaságot és székely ispánságot királyaink egy azon személyre nem ruházták, a székely ispánok hatósága alatt állt.

²⁾ **Ejtel** a székelyeknél maig is divatos folyadék-mérték. Itt a pinttel azonos.

stris dedimus informacionem, prout et Regia Maiestas voluit, vt vniuersas et quaslibet res, terraque et calibes, tam magna quam parua, et cuncta animalia ad illas partes Transalpinas secure inducere et importare permittant, interea donec aliquem ex vobis ad nos trasmittere poteritis, demptis equis, armis et ouibus fetantibus, quos quidem equos, arma et oues fetantes nullo modo introducere debeant, hoc denique excepto, quod intrantes ad illas partes singuli singulum vnum gladium et vnum arcum, aut vnum clipeum et tela octo vel nouem pro sua persona introducere et importare possint et valeant, Si vero quispiam vltra vnum gladium, aut arcum, vel clipeum importara voluerit, extunc commisimus ipsis Castellanis, vt ipsi talia ipsis non concessa ab importare volentibus auferant, equos vero nulluspian importara et vendere audeat. Si vero aliqui intrantes equos vendiderint, tales precium equi venditi ipsis Castellanis soluere teneantur, et ijdem Castellani recipiendi habeant facultatem. Rogamus itaque vos, vt aut Judex aut Villicus aut alij duo ex vobis ad festum Epiphaniarum domini nunc venturum **in Vasarhel** ¹⁾ apud nos constitui debeant, vbi de certis rebus vobiscum tractare volumus. Datum Bistricie in festo Nicolai Episcopi et Confessoris, Anno etc. LXXX sexto.

Comes Stephanus de Bathor
Wayuoda Transsylvanus.

Eredetiye Brassó város levéltárában. Innen van kiadva: Magazin für Gesch. Siebenb. Kronstadt. 1846. I. köt. 429. l.

¹⁾ Értendő **Székely-Vásárhely**, a mai Maros-Vásárhely.